TRACTATVS II.
perutiles & quotidiani
DE
INDICIIS, QVÆSTIONIBVS ET TORTVRA:

præstantissimorum ea ętate Doctorum, Dn. GVIDONIS DE SVZARIA MANTVANI, & D. PAVLI GRILLANDI DE CASTILIONE, vnà cum additionib. Dn. LVDOVICI BOLOGNINI Bononiens. V. I. D. clariss. equitisq; dignissimi.

Zween nützlicher Tractat
D. GVIDONIS DE SVZARIA, vnnd PAVLI GRILLANDI DE CASTILIONE, von gründtlicher Vnderweisung inn peinlicher scharpffer Frage/ wie vnd wenn ein Obrigkeit gegen Vbelthätern/ damit niemand zu kurtz geschehe/hierinn verfahren soll.

Jetzo den Gerichtshältern zum besten vertentscht/vnd mit besonderm fleiß gemehret: beyde *textus*, zu Latein vnnd Teutsch sampt jhren *allegaten* gegen einander conferiert / auch inn gewisse *capita* vnderschiedlich distribuiert vnnd geordnet: Durch

IOANNEM GVÖRNERVM DE VINECA Hanoi. S. S. L. L.

VRSELLIS.
Apud Nicolaum Henricum, sumptibus Cornelij Sutorij.
Anno M. D. XCVII.

REVERENDO ET ANTIQVA NOBILITATE PERQVAM SPLENDIDO EXPERIEN*TISSIMOQVE*

Dn.

IOAN. SCHWEICKHART A CRONBERG,

SVMMAE AEDIS APVD MOGVNT. DECANO,

SVPRA QVAM DICI POTEST OR*NATISSIMO VIGILANTISSIMOQVE* DOMINO AC PATRONO SVO DIGNISSIMO;

Hoſce II. Tractatus criminales Latinogermanicos

DE

INDICIIS, QVAESTIONIBVS ET TORTVRA.

IN

Grati animi ſignificationem: & perpetua obſeruantiæ teſtimonium demiſſe offert ac DD.

Ioannes Guörnerus de Vineca Hanoi. SS. LL.

IOANNES von Reiffenstein Vrsellanus VVetterau.

benigno lectori
S. P. D.

ACcipe nunc, humaniſſime Lector, Domini Guidonis de Suzaria, & Domini Pauli Grillandi de caſtilione, vna cum Ludouici Bolognini I.V.D. additionibus, DE INDICIIS, QVAESTIONIBVS ET TORTVRA, tractatus criminales latinogermanicos, quos tibi ita perjucundos perſpicio, vt nihil ſupra. Sed nimiū, me hercule, Ioann. Guarnero de Vineca I. V. Licent. debes, qui meo tamen prius ac aliorum familiarium hortatu, vigilijs indefeſſoq; ſtudio non pepercit, vt iſtos antehac in Germania ſeparatim rarò viſos, nouo ac plane miro ordine, alijsq; animaduerſionibus emitteret, nec opus ferme deſpicatui ducas, quinimo ne ceſſes ei immortalem & habere & referre gratiā, vtpote qui in huiuſmodi tractatuum reformatiõe, ita exacte & exquiſite operam dedit, vt laude haud exigua ſit exornandus: quandoquidem

dem non minorem inuentis addentes, quam rerum inuentores ipſi mereantur. Hi namque ſunt ſupra modum laudandi, cum vniuscuiuſq; operis inuentio primas obtineat. Iſti vero non ſatis laudantur, cũ inuenta declarent, perpoliant, extendant atq; reforment: quæ omnia hiſce in tractatibus minime deſiderantur. Et quemadmodum ſciti pictores ad viuum effingentes, id ad amuſſim non repræſentant, ſed coadiuuant potius & venuſtant, non diſcedendo tamen a naturali ſimilitudine: ita doctus ille vir, non relinquendo hoſce auctores, reformauit, pariter ac dilucidius illuſtrauit, induſtria ſua auctorũ propriorum materiam coadiuuans. Quã ſit propterea ab omnibus tam in ſchola, quam in foro verſantibus æqui bonique faciendus & amandus, ipſamet experientia in poſterum indicabit. Illum itaque a venenoſæ linguæ morſu benigne defendas, obſecro: ſcio enim pernicioſos quoſdam non defuturos, qui viro iſti (vt optimis quibusque paſſim accidit) æmulari haud videbuntur. Verum etſi me nõ lateat bonis nõ diſcolis inuideri, nequeo

tamen illum tibi maximopere non commendare. Præterea non dedignabere, tractatus hoſce criminales chariſſimos habere & obſeruare, quippe ex ijs maximum (adhibe modo fidem mihi) emolumentū iſtius materiæ comparabis. Vale.

ELEN-

ELENCHVS CAPITVM, QVAE hiſce duobus in tractatibus continentur.

I. TRACTATVS.

Cap. 1. De quæſtionis definitione. fol. 1

2 Quæ perſonæ torqueri poſſunt, & quæ non. 10

3 Qualiter inquiſitio ſeu quæſtio fieri debeat, & cũ quo moderamine tormenta ſint habenda. 18

4 Quo ordine tormenta ſint habenda, & quid ſi a pluribus ſint habenda. 21

5 Quibus ex cauſis homines torqueantur. 26

6 Quæ & qualia indicia, vt quis ad torturam poni poßit, requirantur. 31

7 De effectu quæſtionis. 47

8 Quæſtio: Aliquis quæſtioni ſubÿcitur, & contra alium confitetur, num dicto ſuo ſtetur. 58

9 Quæſtionem quotidie occurrentem continet. 69

10 Quæſtionem de facto occurrentem continet. 83

11 In ſtatuto ciuitatis cõtinetur, quod quis torqueri nequeat, niſi in certis caſibus, et in quibusnam 103

12 An liber homo torqueri poßit. 115

13 Maleficium per vnum teſtem probatum, an ſufficiens indicium ſit ad torturam. 128

14 Maleficio per famam probato, an ob id ad tormẽta procedatur. 134

15 Prætor habens arbitrium procedendi ſecundum conſcientiam, num defectus probationis indicÿ per eum ſuppleatur. 141

16 Indicia indubitata quæ: & quando quis secundū statutum torqueri possit. 147
17 De militib. nostri temporis, num hi quæstioni subiici possint. 160
18 De Presbyteris & clericis, num & hi torqueri possint. 164
19 De Iudicibus & Aduocatis, num & isti torqueri possint. 165
20 De consiliarijs ciuitatum, an & hi torqueantur. 167

II. TRACTATVS.

Cap. 1. Definitio quæstionis: item tortura quæ, & earum differentia. 173
2 Tormentorum species quæ, & quot. 177
3 De legitimis indicijs & ad torturam sufficientibus. 182
4 De quinq; istis gradibus tortura, & qualiter hi cognoscantur & inferantur. 200
5 Quibus in causis & criminibus tortura inferri possit. 237
6 In causis criminalibus an omnes personæ torqueri possint. 246
7 In causa pecuniaria & ciuili num ad torturam deueniri possit. 266

TRACTATVS

DE TORMENTIS SEV DE INDICIIS ET TORTVRA D. GVIDONIS DE SVZARIA, perutilis & quotidianus.

De definitione Quæstionis.

CAP. I.

SVMMARIVM.

1 *Iudex torturus reum, iuris & humanitatis meminerit, nec repente ad tormenta procedere debet, si veritas impositi criminis, alia quauis via leuiori erui possit.*

2 *Quæstio seu tortura non ex leui caussa, aut pro quolibet crimine est indifferenter proponenda. Indicia non qualibet sunt ad torturam sufficientia.*

3 *Tortura repeti non debet quis, nisi duobus concurrentibus.*

Tormenta reo ea sunt moderatione inferenda, vt tortus aut innocentiæ, aut certe supplicio conseruetur saluus.

4 *Quæstio inquisitio quædam dicitur, cum tormentis & dolore corporis, facta eruenda veritatis gratia.*

5 *Quæstio fieri dicitur, per tormentum quasi torquens mentem.*

6 *Iudex carcerato, qui torqueri non potest, alimenta denegare non debet.*

7 *Ferula in pueris censetur quædam tortura.*

GVIDO DE SVZARIA.

DE quæstionibus plenius tractaturus videndum est, quid sit quæstio. Quæ personæ possint torqueri & quæ non. Et quomodo debeat inquisitio seu quæstio fieri, seu quo moderamine & quo ordine sint habenda tormenta, seu homines torquendi. Ex quibus causis, & quæ oporteat præcedere quæstionem, & quis sit effectus quæstionis. Denuo formabo quasdam vtiles, & quotidianas quæstiones super prædictis, & vt iudicibus immodice sæuientib. aliqua temperies imponatur. *l. si quis in ea culpa. 2. C. de custod. reorum.* prænotabis quinque magistralia ad hunc tractatum.

Auff

Auff daß man in gegenwertigem Tractat / die Pein vnnd Marter inn scharpffer Frag betreffendt / inn welcher täglich mancherley Bedencken fürfallen / ordentlicher weise wisse zu procediren / ist im Anfang zu wissen / daß die Obrigkeit fürnemlich auff fünff Puncten fleissig sol Achtung haben / damit nicht ein jeder seines Gefallens (da ein armer Mensch zu gefengnuß gebracht / vnnd einer Vbelthat bezüchtiget worden) wider ordentliche Recht handeln möchte / daß sich dasi mit nichte gebühren wil / auch die Recht solches mit Ernst verbieten.

Primum,† quod iudices qui de aliquo quæstionem habere intendunt, ante omnia iuris & humanitatis considerationem habeant, vt non facile ad tormenta procedant, nec repente, quantumcunq; adsint verisimilia argumenta, si aliqua leuiori via potest obiecti criminis prius veritas reperiri. *l. in criminibus. 1. ibi, non esse a tormentis incipiendum. l. Diuus Pius. 9. 1. & 2. respons. et l. edictum. 8. ff. de quæst. l. quoties. 12. C. de quæst. l. si possessor. ff. de rei vendic. & not. in leg. si inter. 5. idem respondit. in gl. ordin. ff. pro socio.* 1

Erstlich / daß sich ein jede Obrigkeit

fleissig bedencke / vnd sich nicht so leichtlich bewegen lasse / jemand ohn gnugsame vorhergehende Vrsachen vnnd Anzeigungen / mit scharpffer peinlicher Frage anzugreiffen / viel weniger dieselben zu widerholen / es seyen gleich dieselben Vrsachen vnd Vermuhtungen der Warheit ähnlich / vnd verisimilia vorhanden wie sie wöllen / insonderheit wo man sich durch einen andern vñ leichtern Weg / der Warheit solcher Sachen erkunden mag / nemlich der vbelthat / so dem gefangen Schuld gegeben / vnd dadurch zu Gefengnuß kommen ist.

2 Secundum est notandum, † quod ex qualibet leui causa, nec pro quolibet crimine, nec indifferenter de qualibet persona habenda est quæstio. *d. l. edictum. 8. ff. eod. tit. de quæst.*

Zum andern / ist wol in Acht zuhaben / vnd sich fürzusehen / daß die Obrigkeit nit auß einer jeden geringen Vrsachen / auch nicht ohn Vnterscheid der Person zu peinlicher Frage schreitte / damit er sich nicht vergreiffe.

Tertium notandum est, quod non quælibet

quælibet indicia ſunt ſufficientia ad tormenta habenda, quia tunc torquendus eſt reus, cum ſuſpectus eſt, & indicia præceſſerint, veriſimilia talia, quod ſola quaſi torquendi confeſſio deeſſe videatur. l. *in criminibus. 1. §. ſed & epiſtola. 1. ff. de quæſt.*

Fürs dritte/ſol man auch wiſſen/daß nit alle indicia **zu peinlicher Frag/einen damit anzugreiffen genungſam ſeyn / dieweil zur Tortur nit ehe ſol geſchritten werden/man habe dann ſolche ſtarcke Vermuhtungen/darauß zu verſtehen vnnd abzunemen/daß der Gefangene dieſelbigen nicht verneinen kan.**

Quartum notandum eſt, † quod in 3
quæſtione non eſt aliquis repetendus, niſi duo concurrant, ſcilicet quod noua ſuperuenerint indicia, & quod tortus in fortitudine corporis animiq; durauerit, *l. vnius facinoris. 18. §. reus, 1. ff. de quæſt.*

Zum vierdten/iſt zu mercken/daß keiner mit peinlicher Frage angegriffen werden ſol / es kommen dann zwey Dinge zuſammen/nemlich daß newe indicia **vorhanden ſeyn/vnnd daß der Gefangen an Leib vnnd Verſtand ſo ſtarck vnnd Vermögens ſey/**

daß er ſolche ſcharpffe peinliche Frage auß ſtehen vnd ertragen kan.

Quintum notandum eſt, quod iudices hoc temperamentum teneant, vt tormẽta non ſumant de aliquo in immenſum, nec quanta poſtulauerit accuſator, ſed prout moderatæ rationis temperamenta deſiderant, adeo quod tortus ſaluus innocentiæ vel ſupplicio conſeruetur. *l. 1. §. quæſtioni. 23. ff. de quæſt.*

Zum fünfften/ iſt wol zu mercken/ daß die Obrigkeit in peinlicher Frage ein ſolche Maß zu halten ſchüldig iſt/ daß er jhm bey Leib nicht zu viel thu/ vnnd den armen gefangen ſo offt nicht ſtrecken vnd auffziehen laſſe/ als ſein Ankläger haben wil/ ſondern ſo viel ſich leyden wil/ der Geſtalt/ daß der gefangen nicht zu Todt gemartert/ ſondern bey dem Leben bleiben möge/ biß daß er ſeiner Vnſchuldt genieſſen/ oder ſeinen gebührlichen Lohn empfahen möge.

Quid eſt quæſtio?

4 Quæſtio † eſt inquiſitio, quæ fit ad eruendam veritatem per tormenta, & corporis

poris dolorem, *l. item apud Labeonem. 15. §. quæstionem. 41. ff. de iniur. l. 1. §. quæstionem. 25. ff. de S. C. Syllan. & Claudian.*

Peinliche Frage iſt ein Erkündigung der Warheit / am Menſchlichen Cörper durch peinlichen Zwang vnd Tortur / dardurch der Menſch mit peinlichem ſchmertzen / daß es jhme wehe thut / angegriffen wirdt.

Nuda igitur interrogatio vel leuis territio ad hoc edictum non pertinet. l. *item apud. 15. §. quæstionem. 41. ff. de iniur. l. 1. §. 25. ff. de S. C. Syllan.*

ADDITIO D. LVDOVICI Bolognini.

Circa hanc quotidianam & vltimam materiam tormentorum, non dico vtilem tantum torquendis, ſed potius quoad eos horrendam & inutilem, licet multum practicabilem, vt vides.

Dictus auctor fecit quinque principales dubitationes, in quibus vis tota eius conſiſtit cum declarationibus, interpretationibus & limitationibus per me in vnoquoque paſſu inferius ſubijciendis.

Et primo † circa hoc primum ſ

quod quæſtio ſit ad eruendam veritatem per tormenta & corporis dolorem, &c. Dicas quod hoc verũ eſt, ſed iudicio meo etiam dicitur fieri per tormentum, quaſi torquens mentem, a torqueo, torques, ita reperio dixiſſe Dom. Abbat. *in cap. cum in contemplatione. in 1. column. in princ. in verſ. & pro intellectu materiæ, & c. extra de regul. iur.*

Plus dico, quod etiam denegatio victus dicitur ſpecies torturæ. *text. eſt. in d. l. 15.* 6 *§. quæſtionem. ff. de iniurijs. & ibi gloſſ.* & ideo † malefacit iudex alimenta denegans carcerato, qui torqueri nõ poſſit, ſecundum Bartol. *in l. 1. §. diuus. ff. de quæſt. & D. Angel. Aret. in ſuo libello maleficior. in verb. fama publica præcedente. in 2. col.*

Die Obrigkeit kan auch einen mit Hunger oder Durſt peinigen / daß er die Warheit ſagen muß / derwegen ſo thut die Obrigkeit vnd Richter gar vnrecht / daß ſie die gefangen nicht ſpeiſen / welche nit peinlich dürffen gefraget werden.

Et adeo requiritur corporis vel mentis dolor, quod ſi iudex fecit quem ſpoliare, vt torturæ eum præberet, ſi confiteatur crimen, non dicitur confeſſio eſſe extorta metu tormentorum ſecundum Nicol-

col. de Neap. *in l. noviſſime. ff. de falſ. tut. aut.* licet Salycet. in hoc vltimo teneat contrarium. *in l. ſi quis. 2. C. de cuſtod. reor.* & forte melius. Nam ſi denegatio victus inducit ſpeciem torturæ, idem in ſubiecto torturæ, & iam ſpoliato, vt torqueatur. nam ineſſe videtur. *l. lecta. ver. dicebam. ff. ſi cert. petat. & facit l. pen. ff. de teſtam. milit.* Pro quo facit, † quia ferula dicitur eſſe ſpecies torturæ in pueris. 7
l. 1. §. impuberes. ff. ad Syllan. & eſt gl. quam commendat ibi Bald. *in l. fin. C. ad Syllan.* & Bartol. *in l. ex libero. 15. §. de minore. 1. ff. de quæſt.* ad idem facit, quia ſi filius torquetur, prout torqueri debet, ante patrem, coram patre, pater dicitur quaſi tortus. §. *ſed veteres. Inſtitut. de noxal. act.* & infra dicemus poſt authorem *in cap. quarto incip. tormenta quo ordine, &c.* & tamen corpus non tangitur, præterea ductus ſolum ad locum torturæ, ſi confitetur, dicitur confeſſus in tormentis. l. *obſeruare. 2. C. quor. appel. non recip. in verb. formidine tormentorum.* & dicetur infra poſt auctorem, *capit. 10. numer. 11. quæro, quæ dicitur confeſſio, &c.* neque omnibus iſtis modis dicitur quæſtio habita.

Quæ personæ torqueri possunt, & quæ non.

Cap. II.

SVMMARIA.

1 *Torqueri potest in casu quilibet, cuiuscunq; sit conditionis aut status.*

2 *Torquendi non sunt, qui in dignitate constituti sunt.*

3 *Statuliber improprie dicitur, cui libertas in tempus certum, vel sub conditione certa relinquitur.*

4 *Seruus quando & contra quem torqueri possit.*

5 *Minor 14. annis torqueri non debet, potest tamē ferula vel corrigia cædi.*

6 *Ferula minoribus datur, vt veritas sciatur, sed non vt condemnatio sequatur.*

7 *Decrepitus non est torquendus, & quæ dicatur decrepita ætas.*

8 *Decrepitus in crimine læsæ maiestatis & hæreseos torqueri potest.*

9 *Iudices eminentißimi, milites, decuriones & eorum filij, nequaquam sunt torquendi.*

10 *Torquens in dignitate constitutum in casu non excepto in eo scilicet, quo torqueri non debebat, capite plectitur.*

11 *Clerici & Presbiteri an & quando sint torquendi.*

GVIDO

GVIDO DE SVZARIA.

VAE autem perſonæ † torqueri poſſunt, & quæ non, & certe torqueri poſſunt tam liberi quam ſerui, & liberti, & ſtatuliberi. *l. edictum. 8. l. Diuus pius. 9. & l. ex libero. 15. ff. de quæſtion.* & tam maſculi, quam fœminæ, niſi ſint prægnantes. *l. pragnantiũ. 3. ff. de pœnis. Paul. lib. 5. ſententi. 12. §. 5. Eclog. 51. cap. 3. Quintilian. 277.* Supplicium, inquit, prægnantis lex differri in diem partus iubet, idem refert Clemens Alexand. *2. ſtromatum. Aelianus 5. de varia hiſtoria Plutarc. in 16. de ſera numinis vindicta. 2. Diodorus. 3.* 1

Et quamuis quidam contrarium dixerint, dic indubitanter liberos homines, tã in ſeipſos principaliter, quam alios torqueri poſſe. *l. ex libero. 15. in princ. l. vnius. 18. §. teſtes. 3. ff. de quæſtion. arg. l. ſicut falſi. 17. l. ſi quis decurio. 21. C. ad leg. Cornel. de falſ. l. proditores. ff. de re milit. Auth. vt iudic. ſine quoquo ſuffrag. ſiant. tit. 2. cap. illud videlicet. 10. verſic. oportet enim. collat. 2. Nouell. 8. leg. milites. Cod. de quæſtionib.* ubi indiſtincte loquitur, & quo ad crimina, & quo ad perſonas cuiuscunque conditionis † exceptis quibusdam in dignitate poſitis, quos torqueri non permittit, 2

l. nullum.

l. nullum. C. de testib. l. nullus. C. de assessor. ad finem. Omnia iura prædicta loquuntur de quæstionibus habendis de liberis hominibus.

Welche Personen mögen peinlich gefraget werden/ vnd welche nicht: ist droben vermeldet/ daß alle Personen mögen peinlich gefraget werden / außgenommen die/ so im Rechten zu fragen verbotten seyn/ doch sagt das Kayserliche Recht/ daß inn etlichen Fällen/ alle Personen ohn Vnterscheid mögen peinlich angesprochen werden / alda der Imperator ohn Vnterscheid redet von solchen Lastern vnd Fällen / darvon allerley Menschen können gefraget werden / außgeschieden die / so im Regiment seyn.

ADDITIO D. LVDOV. Bolognini.

Circa hanc secundam conclusionem de personis torquendis, seu quæ torqueri possunt, adde quod dictum in liberis, ipse met[illegible]ctor confirmat infra *cap. 12. in princip. incip. Sed nunquid liber homo, &c.* Et idem dicendum est etiam in statu liberis. text. est
3 *in leg. statuliber. 14. ff. de quæstion.* Et † statuliber dicitur ille, cui libertas est relicta

in

in certum tempus, vel certa conditione interim. *l.1. & per tot. ff. de stat. liber.* & ita in terminis voluit Dom. Abbas *in c. cum in contemplatione. in vlt. col. circa fin. in vers. si vero sunt statu liberi, &c. extra de reg. iur. &* voluit *Bartol. in l. diuus pius. 9. ff. de quæst. & Angel. Aret. in suo tract. maleficior. in verb. fama publica præcedente. in ver. sexto quæro, quæ personæ, etc.* vbi dat regulam generalem, quod omnes possunt torqueri, nisi sint a iure excepti. De seruis autem dicas tu clarius, † quod aut volumus torquere 4
contra extraneum, & indistincte possunt: aut contra dominum, & non possunt, nisi in subsidiū, nisi sit super facto communi domini & serui. *l. quicunque. C. de seru. fugit.* & nisi in criminibus exceptis, vt læsæ maiestatis & similibus. ita voluit Dom. Abb. vbi supra in vlt. verbis licet Dom. Angel. vbi supra simpliciter dicat seruos torquendos.

GVIDO DE SVZARIA.

Excipiuntur quædam personæ, † quas 5
ius torqueri non sinit, scilicet quædam per ætatem, vt minores 14. annor. nam torqueri non possunt, tamen possunt ferula cædi, vel terreri corrigia leuiter adhi-

ruendam

ruendam veritatem. *l. cum aliter. 1. §. impubes. 32. & §. impuberi. 33. l. excipiuntur. 14. ff. de S. C. Syllan. l. de minore. 10. primo responso. & l. ex libero. 15. §. de minore. 1. ff. de quæstion.*

Etliche Personen können noch söllen nit torquiret werden / vnnd erstlich werden die minderiärigen excipiret / welche die Recht nicht wöllen peinlich gefragt haben / wann sie vnter 14. Jahren sein / doch mag man sie wol bedrawen / auch wol mit Ruhten / so es vonnöhten ist / streichen / vnd sonst man die Warheit nicht erfahren kan.

Additio D. Ludou. Bolognini.

De hoc supra dixi in 1. cap. ideo hic nō repeto. Sed notatur † nunc vnum, quod
6 ferula, qua torquētur isti minores 14. annor. datur solum, vt veritas sciatur, non autem condemnetur, secundum Bartol. *in d. l. ex libero. 15. §. de minore 1. ff. de quæstion. & Bald. in l. fin. C. de S. C. Syllan.* vbi dixit limitando prędicta, vnum notabile verbū, quod hoc procedit in minore, maiore tamen infante, secus autem in infante secundum eum ibidem.

GVIDO DE SVZARIA.

Item ætati † decrepitæ subuenitur, & non
7 torquetur, sed quæ dicitur illa ætas decrepita cui debeat subueniri, respondeo, vt *l. si quis. 3. §. ignoscitur. 7. ff. de S. C. Syllan.*

Zum

Zum andern / werden auch alte verlebte Leut bedacht / vnd mit der peinlichen scharpffen Frag verschonet: vnnd ist von solchen alten zuverstehen / so auff der Gruben gehē / vnd deß letzten Alters seyn. *c. vlt. 80. distinct.*

Additio D. Ludou. Bolognini.

In hoc de decrepito adde tu, quod idē voluit Angel. *in d. suo tract. maleficiorum, in vers. fama public. præcedente. &c. in vers. sexto quæro, quæ personæ, &c.* vbi limitat † præterquam in cri- 8
mine læsæ maiestatis & hæreseos & similibus. Nam cum in istis casibus Doctor & miles & omnes exceptuati torqueri possint puta infra dicemus in locis suis. Idem & multo magis dicendum est in decrepito, vt nō excusetur, quin torqueatur, quo vero ad ætatem decrepitam, quæ dicatur vltra text. *in d. l. si quis. 3. §. ignoscitur. 7. ff. de S. C. Syllan.* dicas prout habetur *in c. fin. 80. dist.* & per Ioann. Andr. *in proem. 6. lib.* & habetur in hoc vers. infans, inde puer, adolescens post iuuenis, vir, dicitur inde senex, postea decrepitus.

GVIDO DE SVZARIA.

Item in dignitate positi † non tor- 9
quentur,

quentur, vt eminentiſſimi iudices, & milites, & decuriones, & filij & nepotes prædictorum, ne in eis aliqua pudoris macula aſpergatur, vt *l. milites. 8. l. Diuo Marco. 11. l. decuriones. 16. C. de quæſt.* Sed in quibuſdam caſibus dignitas nec minor ætas præbet excuſationem, quia torquentur, vt in crimine læſæ maieſtatis, & proditionis, & quibuſdam alijs. *l. de minore. 10. primo reſponſo. §. ſed omnes. 1. l. ex libero. 15. §. de minore. 1. ff. de quæſt. l. decuriones. 16. C. de quæſt. l. 3. §. 4. C. ad l. Iul. maieſt. l. deſertorem. 3. l. proditores. 7. ff. de re milit.* Item decuriones in alio caſu torquentur, cum tempore decurionatus quæritur de fide inſtrumenti, quod ante decurionatum confecerant. *leg. ſi quis decurio. C. ad leg. Cornel. de falſ.*

Fürs dritte / werden auch mit peinlicher Frage verſchonet die jenigen / ſo inn hohen Empteren ſitzen / als Ritter / Vogt / Landtrichter / Rahtsherren / Schöpffen vnnd dergleichen / vnnd jhre Kinder / doch inn etlichen Fällen wirdt dieſer Perſonen nicht verſchonet / ſondern die peinliche ſcharpffe Frage gegen jhnen fürgenommen / als inn crimine læſæ maieſtatis, auch wenn ſie Verrähter deß Vatterlandts ſind.

Quarto

Quarto & vltimo mulieres quouſque ſunt prægnantes torqueri non poſſunt. *l prægnantis. ff. de pœnis. Paul. 5. ſent. 12. §. 5. Eclog. 51. cap. 3.*

Zum vierdten / ſol man auch ſchwanger Weiber mit peinlicher Frage verſchonen / ſo lang biß ſie der Frucht entledigt werden.

ADDITIO D. LVDOVICI Bolognini.

Circa has perſonas priuilegiatas, adde tu, quod idem voluit Dom. Abb. *in cap cum in contemplatione. in 1. col. in verſ. quinto quæro homines, &c. & Angel. in d. ſuo tract. maleſic. in gl. fama publica. verſ. ſexto quæro, &c.* dicens † quod ſi quis torqueret aliquem de prioribus vel de ancianis, qui ſunt loco decurionum, puniretur pœna capitis, niſi eſſemus in criminibus exceptis, alleg. tex. *in l. fallaciter. 3. C. de abolition. & Bald. in l. quæſtio. C. de decurion.* Plus dico, quod conſuetudo inducens, quod perſonæ priuilegiatæ torqueantur, non videl. tex. eſt *in l. omnes iudices. per quem tex. ita determinat ibi Bart. C. de decur. lib. 10.* Præterea ſcias, † vltra perſonas enumeratas per authorem, idem dicendum eſt in clericis ſecundum quoſdam, quos refert Dom. Abb. *in d. cap. cum in contemplatione.* vbi tamen

ipſe poſtea decidit contrarium, & plus dicit, quod etiamſi eſſent presbyteri, poſſunt torqueri: Subdit tamen, quod clerici in vno ſunt priuilegiati, quod tortura non debet eſſe ita ſeuera in eis, ſicut in laicis, vnde non debent ſupponi aculeis vel funiculis, ſed virgis ſeu corrigijs al. text. *in c. 1. in fin. 23. q. 3.*

Qualiter inquiſitio ſeu quæſtio fieri debeat, & cum quo moderamine tormenta ſint habenda.

Cap. III.

SVMMARIA.

1 *Quæſtio qualiter, & quo debebat moderamine fieri.*

2 *Iudicis æqui arbitrio relinquitur, & quando, & qualiter quis torqueatur.*

3 *Iudex in dubio modum torturæ non præſumitur exceſſiſſe.*

GVIDO DE SVZARIA.

1 INquiſitio ſeu quæſtio † qualiter fieri debeat, & cum quo moderamine ſint habenda tormenta: dic non eſſe in immenſum tormenta habenda, nec quanta poſtula-

postulauerit accusator, sed vt moderatæ rationis temperamenta desiderant. l. *quæstionis. 7. leg. de minore. 10. §. tormenta. 3. ff. de quæstion.*

Folget nun/wie man die peinlichen Fragen fürnemen sol/vnd mit was massen: für allen Dingen aber soll der magistratus die Fürsehung thun/wenn es durch gnugsame indicia dahin kommen/daß man einen gefangenen oder Vbelthäter mit peinlicher Frag angreiffen sol/oder mag/daß er fürsichtig handle/auff daß jhm der Scharpffrichter nit zu viel thue/sondern in dē Maß halte/sonderlich daß er den armen Sünder so hart nicht anstrengen lasse/auch so offt/als der Ankläger wil/sondern allwege vernünfftig vnd mässig halte vnd anstelle.

Et circa hoc non potest certa tradi doctrina, sed iudex consideret torquendum cuius sit fortitudinis, vel debilitatis, cuius valetudinis, cuius ætatis, & secundum veritatem, personæ varietatem, criminis, seu alterius negotij qualitatem, quandoque superioribus, quandoque minoribus tormentis vtatur, & quod hæc sint consideranda, probatur per

iura *in l. 3. §. fin. ff. de re milit. l. si quis in graui. in princ. ff. de S. C. Syllan.* Sic ergo torqueat, vt innocentiæ, vel ſupplicio ſeruet incolumẽ. *l. quæſtionis. ff. de quæſt.*

Wiewol man in dem Fal kein gewiſſer Regel geben oder halten kan / ſondern dem Richter wil gebühren / fleiſſig auff die gefangen Perſon Achtung zu habẽ / wie ſtarck wie alt / wie ſchwach ſie ſeyn / auch ob die Verbrech groß oder gering ſeyn / alſo daß er nach Gelegenheit bißweilen ſchärpffte / vnnd härter / bißweilen auch linder fragen muß / vnnd ſolche Vmbſtände fleiſſig betrachten ſol / welches jhm dann die Obrigkeit fürnemlich ſol angelegen ſeyn laſſen.

ADDITIO D. LVDOVICI Bolognini.

Circa modum ſeu moderamen tormentorum dominus author recte locutus eſt, cuius dictis adde, quod idem voluit dom. Abb. *in d. c. cum in contemplatione. in 1. col. in verſ. tertio quæro, qualis debet eſſe, &c. idem voluit Angel. Aret. in tract. maleficior. in verſ. fama publica præcedente, &c. in verſ. ſeptimo quæro, cum quo moderamine, &c.* vbi ſubdit, quod hoc reſi-
2 det † in pectore boni iudicis, qui conſiderabit omnia prædicta, adeo quod ſi indi-

cia

cia præcedant, & in actis appareat de eis, ſi iudex quem torqueat, & tortus moriatur, non tenetur. *l. ſed an vltro. ff. de negot. geſt. & voluit Cyn. Bald. & Salyc. in l. Gracchus. C. de adult. & Bartol. in l. quæſtionu. ff. de quæſt. & Angel. in l. 3. C. de adult. & dominus auctor infra c. 12. num. 5. incip. an ſi iudex in tormentando, &c.* in quibus locis ſubduat præfati ſcribentes, quod hoc eſt verum, dummodo iudex non fuerit egreſſus terminos torturæ, † & in dubio 3 non præſumitur egreſſum fuiſſe, vnde dicenti contrarium incumbit onus probandi, quod dicit etiam notatu dignum Angel. vbi ſupra, de quo vide etiam per dominum Gand. in ſuo tract. maleficior. in rubr. de quæſt. in quæſtione quæ confeſſio dicatur facta metu, &c. & Angel. *in l. 1. de vi publ. Bald. in c. hac edictali. tit. de pace iuram. firmand. in vſibus feudor. & Bald. in rubr. tit. C. de pœna iudicis, qui male iudic. & dom. Gaſp. Cald. in c. 1. extra de depoſito.*

Quo ordine tormenta ſint habenda, & quid ſi a pluribus ſint habenda. Cap. IIII.

SVMMARIA.

1 *Tortura quo ordine ſit applicanda, ſi plures ſint torquendi.*

Pater & filius quando torquendi veniunt, a filio in patris præsentia est inchoandum.

2 *Fœmina quare prius torqueri debeat quã masculus.*

3 *Torqueri debet prius, qui veritatem nouit melius.*

4 *Iudex qualiter & quo ordine debeat reum interrogare.*

GVIDO DE SVZARIA.

1 IOrmenta quo ordine sint habenda, † posito quod a pluribus sint habenda. Respondeo sagax iudex considerabit, a quo facilius possit erui veritas, & sic ab illo quæstionem incipiat, a timidiori, a magis suspecto, a iuniori, a debiliori, & non a fortiori. *l. 1. §. 1. & 2. l. vnius. 18. §. 1. ff. de quæst.*

Wann auff einmal viel gefangner vorhanden/ vnd peinlich zu fragen seyn/ in dem Fall kan man auch wol kein gewisse Regel fürschreiben/ sonder ein verstendiger Richter der listig ist / vnnd mancherley Art der Leute kent/ muß sehen/ an welchem anzufahen/ damit er die Warheit erfunden möge/ doch ist zu wissen/ daß die Gefangene selten einerley Art seyn/ einer ist beherzter / einer forchtsamer denn der ander / inn dem Fall ist an dem furchtsamern anzufahen/ Item/ welcher

welcher am meisten Verdachts auff jhm hat / oder sonst schwacher Complexion ist. Auch so bekent ein junger ehe/deñ ein alter.

Item si torquendi sunt pater & filius, a filio est incipiendum in patris conspectu, quia per hoc dicet citius pater, cum ipse magis torqueatur, quam filius. *argum. l. isti quidem. in fin. ff. quod metus causa. & §. sed veteres. Instit. de noxalib. act.*

Dergleichen so man Vatter vnd Sohn peinlich fragen sol / mag der Richter am Sohn anfahen / vnnd den Vatter zusehen lassen/damit er desto eher bekenne.

Item fœmina prius quam homo torqueatur, quia homo tanquam maioris constantiæ tardius confitetur, & mulier citius, quia momentaneum & instabile cor habet. *l. filia in orbitate. 20. C. de inoffic. testam. c. forus. extra. de verbor. signific. l. deferre. 18. in princ. ff. de iure fisci.*

Item ein Weib pfleget auch eher zu bekennen / vnd kan so fest nicht halten / als ein Man.

ADDITIO D. LVDOV. Bolognini.

Circa ordinem torquendi dominus

auctor recte locutus est, cuius dictis adde, quod idem voluit Dyn. *in suo tract. de quæst. in ver. quo ordine, &c. & Bart. in l. 1. ff. de quæst. & Angel Aret. vbi supra proxime in ver. fama publica præcedente. in vers. nunc videamus, &c. vbi allegat Angel. in l. fin. C. de quæst.* & dum loquitur † de fœmina, quę prius torquenda est, quam masculus, allegat ipse aliam rationem, quia fœmina est debilior. allegat textum *in l. filia. C. de inoffic. testam.* sed tamen contra hoc facit glos. *in l. nihil. de adult.* quæ dixit, quod fœmina sustinet grauiora vulnera, quam masculus, vnde dicas, quod tutior est ratio domini auctoris, quia fœmina habet cor momentaneum & instabile. De qua materia vide per Bartol. *in l. 1. ff. de offic. præfect. vigil.* vbi dixit, quod de re furata prius torqueri debet. & Bartol. *in l. Diuus. §. reorum. ff. locati. & Bartol. in l. si ita, ff. de fun. inst. & Bald. in l. 1. C. locat.* vbi dicunt, quod vicinus proximior debet prius torqueri, & Bartol. *in l. quoties. C. de naufrag. lib. 10.* vbi dicit, † quod ille debet torqueri, qui prius nouit veritatem, & facit *l. 1. in princ. & l. ex libero. §. 1. de quæst.* vbi probatur, quod prius torquendus est iuuenis quam senex, tanquam minus stabilis.

Præterea scias circa istum ordinem tor-

tormentorum, quod iudex debet cauere, vt non interroget inculpatum, an percusserit Caium in brachio, cum ense tali die, & tali loco, quoniam istud esset instruere ipsum, & per suggestionem inducere eum ad sic confitendum, vt est tex. *in l. 1. §. qui quæstionem. ff de quæst. & ibi hoc voluit. Bartol.*

Es ist auch hierneben zu wissen / vnd sonderlich wol zumercken / wenn der Richter den gefangen peinlich fragen wil / daß er sich in dem Fragen wol fürsehe / vnd nit also frage / ob er den Caium mit dem Schwert oder Spieß auff den Arm an dem Tage / vnnd an der Stell geschlagen habe / dann solches mehr instruiret denn gefraget ist / was der gefangen sagen / vnd den Weg weisen / was er bekennen sol.

Debet ergo interrogare † eum in ge- 4
nere, si cum aliquo fecit aliquam rixam, & postea descendendo ad species, si cum Caio, & postea si Caium vulnerauerit, nō autem magis in specie inclinet, vel rectius facit iudex, si solum interroget, si aliquod maleficium commiserit, nec vlterius interroget, alias forte ille doct⁹ diceret metu tormentorum, quod nunquam si sci-

ret, diceret, nec dicere potuisset, ita voluit Angel. Aret. *in d. tract. suo. in verb. fama public. in vers. tertio sit bene cautus index, &c.*

Derowegen er in der Gemeine fragen soll / wie er mit dem Caio zu Vnfrieden worden / wie der Handel sich zugetragen / etc. sonst möchte er sagen / das er nie gedacht hett.

Quibus ex causis homines torqueantur. Cap. V.

SVMMARIA.

1 *Reus ex causa ciuili & criminali potest torqueri, si alias veritas non possit haberi.*

2 *Tortura communiter in ciuilibus causis non est admittenda.*

3 *Indicia sufficientia & verisimilia quaestionem praecedere debent, neque enim in omni causa, aut qualibet persona est proponenda.*

4 *Confessio facta in tortura sine indicijs verisimilibus nulla censetur, etiamsi extra tormenta ratificetur.*

GVIDO DE SVZARIA.

1 EX quibus † causis torqueantur homines. Respondeo, ex ciuili & criminali, & tunc cũ veritas haberi non potest, vt

l. Diuus

l. Diuus. l. ex libero. ff. de quæst. l. quoties. 12. C. eod. tit. & not. Azo. in summa Cod. eod. tit. §. torq.

Auß was Vrsachen die Menschen peinlich sollen oder mögen gefraget werden / ist alhie kurtz die Antwort / daß nicht allein in peinlichen / sondern auch inn bürgerlichen Händeln / wo man die Warheit sonst nicht erkunden kan / die peinliche Frage statt hab / vnd zugelassen werde.

ADDITIO D. LVDOVICI Bolognini.

Circa causas quæstionis habendæ, optime locutus est dom. auctor, cuius dictis adde dom. Abbat. *in d. c. cum in contemplat. in 1. col. extra de regul. iur.* tamen scias † quod in 2 causis ciuilibus regulariter tortura non permittitur. *d. l. diuus. 9. & l. etiamsi. 11. & ibi Bart. ff. de quæst. & Angel. Aret. in d. verb. fama*, nisi pro delicto ciuiliter conueniatur, secundum Bald. *in c. dilectus. extra de appellat.*

Das ist / wann einer vmb einer peinlichen Sachen / bürgerlich beklagt vnd vorgenommen wird / doch inn bürgerlichen Fällen anderst nicht / denn so ein peinliche Verbrechung vorhanden ist.

GVIDO

GVIDO DE SVZARIA.

3 Non tamen ex omni cauſa † quis torquendus eſt, nec quælibet perſona indifferenter, vt *l. edictum. ff. de quæſt.* cum oporteat præcedere quæſtionem indicia ſufficientia & veriſimilia, nec a tormentis eſt incipiendum. *l. 1. primo reſponſo. ff. de quæſt.*

Folget/weñ man die Leut mit peinlicher Frage angreiffen ſol: Alhie hat es die meynung nicht/ daß man jederman/ ohn Vnterſcheid der Perſon/ vnd in allen Sachen/ auch zu jeder Zeit/ mit peinlicher Frag angreiffen möge/ ſondern man ſol nicht ehe ſolche Fragen fürnemen/ denn ſo man ſonſt hinder die Warheit nit kommen kan/ vnnd man zu ſolcher Frage genungſame indicia habe/ ſonſt ſol man an der peinlichen Frage den Anfang nicht machen/ wie dann auch oben gemeldt/ vnd ſolches Vernunfft vnd alle Billigkeit mit ſich bringet.

Nam ſine indicijs vel ſine præſumtionibus quis torquendus non eſt, vt *l. vnius 18. §. in ea. 2. l. marit. 20. & l. fin. ff. de quæſt. l. ſicut. in fin. C. ad l. Cornel. de falſ.* & certe a rectoribus eſt valde conſiderandum, & ponderoſe, nũquid præcedentia indicia ſint veriſimilia

& ſufficientia ad habendam torturam, cum ad talia reſtitutio vel appellatio ſubſequens prodeſſe non poſſit. nam plures, dum torquentur, perimere ſolent, *l. aut damnum. 8. §. 1. ff. de pœnis.* & quod torturam præcedere debeant indicia, probatur per iura *in leg. milites. 8. & in l. cum cognitionaliter. 3. C. de quæſt.*

Dann daß die indicia vnnd Vermuhtungen / darauff die peinliche Frage fürgenommen werden ſol / recht meſſig vnnd genugſam ſeyn ſollen / ſonſten vnnd ohne das / were dem armen Menſchen / da jhm zuuiel geſchehen ſol inn ſolcher Frage / weder mit der Appellation / noch Reſtitution gehollfen / dieweil jhr viel darunder das Leben embüſſen müſſen / wenn ſie ſolcher Geſtalt angegriffen werden.

ADDITIO D. LVDOVICI Bolognini.

In hoc quod indicia omnino præcedere debeant torturam, idem reperio voluiſſe dom. Abbat. *in c. cum in contemplatione. in 1. col. circa princ. extra de reg. iur. et dom. Angel. Aret. in ſuo libell. maleficior. in verſ. nunc videamus, &c.* in hoc nemo diſcrepat, ſed plus dicas, † 4

quod

quod in tantum debent præcedere indicia torturam, & etiam ſufficientia & legitima, quæ qualia ſint, infra dicam, quod confeſſio aliter facta, etiamſi ex poſtfacto ratificetur, etiamſi extra tormenta, non valet, nec poteſt illa confeſſione condemnari, caſus eſt not. *in l. quæſtion. ſecundum vnam lecturam gloſ. approbat. ff. de quæſt. dom. Gand. in tract. malefic. in rubr. incip quæro nunquid confeſſus in tormentis non præcedentibus, &c. & Angel. & Paul. de Caſt. & Ioann. de Imol. in l. qui in aliena. §. Celſus. ff. de acquir. hæred. & Salyc. et. in l. 2. in vlt. col. C. de cuſtod. reor. & Pet. de Ancha. in clem. 1. extra de hom, & in conſ. 22. incip. in Chriſti nomine vita inquiſitione formata in Philippum, &c. et Alex. in conſ. 5. in 1. col. incip. in cauſa inquiſitionis formatæ contra Vale. &c. in 1. vol. et in conſ. 53. in 2. vol. per tot. incip. viſ. themate, &c. & in conſ. 142. in 2. col. in 2. vol. incip. an ille qui primo fuerat iniuſte tortus, &c.* quia ſecundum eum poſtquam ſemel fuit indebite tortus, præſumitur ſemper ſubeſſe eadem cauſa iuſti timoris, & ideo non valet talis confeſſio, niſi præcedant indicia ſufficientia & legitima, & idem voluit auctor infra *cap. 10. numer. 9. incip. ſed quid ſi aliquis tortus eſt nullis, &c.*

Quæ

Quæ & qualia indicia, vt quis ad torturam poni possit, requirantur.

Cap. VI.

SVMMARIA.

1 *Indicia qualia ad torturam requirantur, indicis arbitrio committitur. & num. 6.*

Iudicantis arbitrio relinquitur, quicquid à iure non determinatur.

2 *Iudex prudens circa indicia indaganda solerter instare debet contra delatum de crimine.*

3 *Conuersatio mala est mala operationis, & conscientia deprauatæ indicium.*

4 *Indicia contra delatum sumi possunt ex constantia vel trepidatione.*

5 *Opera hominis attenduntur ex vita præteritæ gestis.*

7 *Inuenis cum puella repertus, vel de domo eius exiens, supposuisse præsumitur.*

8 *Furtum fecisse an præsumatur is, penes quem res subtracta reperitur.*

Fama mala alicuius de præterito, facit eum malum præsumi, in eodem genere mali.

9 Iudex

9 *Iudex in quibus delictis ad torturam promptior esse debeat.*

10 *Mortuus iuxta domum Titij repertus, an præsumatur a Titio occisus.*

11 *Fuga quando indicium sufficiens præbeat ad torturam.*

12 *Indicium consurgit, si postquam dominus locutus est in aure famuli, ipse famulus aliquod crimen commiserit.*

13 *Fama publica a fide dignis orta personis, indicium ad torturam tribuit.*

Confessio socij in crimine indicium ad torturam censetur præstare.

GVIDO DE SVZARIA.

1 INdicia quæ & qualia † requirantur, vt quis possit poni ad torturam: Respondeo, non possunt dici neque ostendi, vel de eis certa descriptio vel doctrina dari, sed hoc committitur arbitrio iudicantis, vt *l. 3. in princ. ff. de testib.* ibi tu magis scire potes, & sicut dicimus de accessione & mora, vt *l. de accessionibus. ff. de diuers. & tempor. præscript: & l. mora. ff. de vsur.*

Folget nun/ was für indicia **gnungsam vnd vonnöhten seyn/ so man einen peinlich fragen**

fragen wil. So viel das anlangt / was für genugsame Anzeige fürher gehen sollen / in peinlicher scharpffer Frage / hat es hierinn diese Meynung / daß daruon kein gründtlicher Bericht / vnd bestendige Lehr zu recht gegeben / noch gefunden werden kan / sonder stehet fürnemlich in deß Richters willkühr.

Et generaliter, omne quod a iure non determinatur, arbitrio iudicantis relinquitur, vt videre est in pœnis a iure non determinatis, vt *l. hodie. & l. sanctio. ff. de pœn. & l. 1. §. quibus nulla. ff. de effract.*

Wie dann auch die straffen / so im Rechten nicht außgedruckt seyn / in deß Richters Willkühr gestellet seyn.

Sic de tempore dicimus, quod indeterminate profertur, vt *l. 1. cum simil. ff. de iur. deliber.*

Also kan auch der Zeit halben kein gewisse Maß oder Regel gegeben werden.

Possumus tamen in genere talem doctrinam tradere, † quod astutus iudex debet sollicitus stare ad indaganda indicia contra delatum ex aliquo crimine. nam indicia sunt alijs probationibus proxima & dicuntur quasi demonstratiua veritatis

† z

& probationum adminicula, vt *l. instrumenta. & l. fin. C. de probat.*

Aber doch gleichwol kan in gemein dieſe Regel gegeben vnnd gebrauchet werden/ daß ein fürſichtiger Richter / allen müglichen Fleiß anwenden ſoll / in Erforſchung der Warheit/ wenn jhm einer/ ſo ein Vbelthat ſoll begangen habē / fürgebracht wird/ damit er gewiſſe indicia **haben möge/ dieweil ſie der Beweiſung am nechſten ſeyn/ vnd gleich als mit Fingern auff die Warheit weiſen / vnnd ſind eine Hülffe oder Stärcke der Vberweiſung / daß er darinn nicht feyre / ſondern beſten Fleiß fürwende.**

Sunt enim indicia pars probationis claræ, vt *l. hac conſultiſſ. §. deinde. ibi indicia, etc. C. qui teſtam. fac. poſſ.* Nam indicium dicitur ab indicando, vnde indicia, id eſt, adminicula demonſtratiua ad indicandum veritatem, vt *l. ſi adulterij. 34. C. ad leg. Iul. de adult. & l. ſolent. ff. de præſcript. verb.*

Quærat iudex, & inſtanter indaget, cū quibus & per quæ loca conuerſabatur de-
3 latus, quem torqueri intendit, † quoniam mala conuerſatio eſt malæ operationis

tionis indicium. *l. si plures. 3. §. ceteri. 2. ver. assidue. ff. de administr. tut.*

Es soll aber ein Richter fleissige Erforschung haben vnnd Erkundigung nemen/ mit welchen Leuten/ vnd an welchen Orten der verhaffte / so torquiret werden soll / sich gehalten/ dieweil ein böse Beywohnung ein Anzeig ist böser Handlung.

Nam ex mala conuersatione quis etiã bonus efficitur vitiosus. *l. ædiles. 25. hoc autem 6 ff. de ædilit. edict. ibi aleator forte, vel vinarius.*

Dann auch wol fromme Leute durch böse Geselschafft verführt vñ böß gemacht werden.

Ad idem demum Philosophus Aristoteles. Qualis quisq; est, talium consortio delectatur. hoc est.

Wie ein jeder geartet ist / so pfleget er auch gewöhnlich Geselschafft vmb vñ bey sich zu haben.

Item consideret loca, in quibus conuersabatur, quia secundum locorum varietatem varię colliguntur coniecturæ, vt *l. fin. C. si mancip. ita fuer. alien. l. aut facta. §. euenit. ff. de pœn.*

Item interest quærere, si erat inimicus offensi, vel si aliqua offensio interuenerat inter eos, quia tunc est præsumtio culpæ, quia inimicus de inimico malefacere & mala cogitare a iure præsumitur, vt l. *si inimicitiæ. ff. de his, quibus vt indign. l. 3. §. fin. ff. de adim. legat. l. 1. §. quæstioni. 23. ff. de quæst.*

Es ist auch dieses zu bewegen / ob der Thäter dem beschedigten zuuor feind vnd gehaß gewesen / dann darauß zu vermuhtẽ / weil er jhm zuuor gehaß gewesen / daß er jm ferner werde nachgetrachtet haben / wie er jhm weiter schaden möge.

Item studeat inuenire cuius æstimationis & famæ sit: qualis enim fuerit fama & opinio cuiuscunque in ciuitate, talem eum esse præsumimus. *l. de minore. 10 §. plurimũ. 5. ibi, vel cuius existimationis, &c. de quæst. & l. si a bonæ fidei. primo responso. ff. de rei vindic. Nou. 90. c. sancimus. 1. tit. 2. col. 7. auth. de testibus.*

Item was der verhaffte für ein geschrey hab in der Statt / da er sich gehalten: Denn man von einem jeden helt vnd redet / wie er sich zu halten pfleget. Hinc vicinus factum vicini scire præsumitur.

4 Item poterit iudex † indicia sumere, ex constantia, vel ex trepidatione vocis, vel mem-

membrorum, vel pallore. *d. l. de minore. 10. §. plurimum quoq. 5. ff. de quæst.* Locutio, vel constantia, vel trepidatio vel existimatio cuiusque attendenda est, & indaganda, quoniam multum conferunt ad illuminandam veritatem, & in lucem emergentia. *d. l. 10. §. 5. ff. dict. tit.*

Es mag auch ferner ein Richter indicia nemen/ **auß deß verhafften Geberden/ weñ er beständig oder erschrocken ist/ weñ er antworten sol/ oder sonst zitterlich redet/ wenn er im Angesicht verbleichet/ oder jhme die Hände zittern/ denn alle diese Stücke fast dienlich seyn/ daß man desto eher zur Warheit kommen mag.**

Item indaget, cuius, primo vitæ fuit, & an talia & similia, de quibus ad præsens inculpatur, facere consueuit: nam de vnoquoque bonum vel malum præsumimus consideratis primo actitatis ab illo, *l. desertorē. 3. §. sed si. 12. ibi, inspecto vitæ eius præcedentis actu, &c. & l. non omnes. 5. §. a barbaris. 6. ff. de re milit. l. tutor quoq. §. quæri potest. ff. de suspect. tut.* Ex gestis enim præteritæ vitæ † præsentia meti- 5
mur. *l. pen. §. fin. C. de agentib. in rebus. lib. 12.*

Item an fuerit ei minatus, quoniam erit indicium, quod ipse operibus adimple-

uerit illud, quod terrendis verbis profudit; cum ex dictis hominum facta pensemus, vt *l.1.C. si quis imperat. maled. & leg. Labeo. ff. de supell. legat.*

Gleicher weise soll auch erkundigt werden/ ob der Thäter dem beschedigten zuuor gedrawet/ denn so es geschehen/ so würde darauß abgenommen/ daß er es mit der that also verbracht habe/ dieweil man auß der Rede deß verhafften/ die That vnd Werck pfleget zuermessen/ doch nach Gelegenheit vnd Geschickligkeit der Person so dräwet/ dann man jhr wol findet/ so einem offtermal den Todt geschworen/ vnd jn dennoch leben lassen.

Item considerandum est, an sit talis, qui consueuerit & posse habuit talia committendi, quod est notatu dignum, vt l. *famosi. ff. ad leg. Iul. maiest. ibi, an potuerit facere. & ibi, an quid simile fecerit.*

Weiter ist auch diß zu bewegen/ ob er solche Händel zuuor gepflogen habe/ vnnd ob er auch die Macht habe/ solcher Gestalt zu handeln: Dann so es ein solche Person were/ die deß Vermögens nicht were/ dergleichen Fäll zu vollnbringen vnnd außzurichten

richten / ſo köndte man auch wider dieſelbe ſolcher Geſtalt vnnd ohn ſonder groß indicia nicht verfahren.

Item ſi aufugit, eſt indicium contra eum, vel ſi ſtatim ſe abſentauerit poſt perpetratum maleficium. *arg. auth. de exhib. & introduc. reis. cap. ſi vero. 4. tit. 8. col. 5. nouel. 53. l. conſiliarius. C. de aſſeſſor.*

Ferner iſt zu mercken / daß ſo bald er geflohen were / ſo were darauß ein Vermuhtung wider jhn zu ſchöpffen.

Item ſi teſtes recipiat ſuper maleficio commiſſo in loco, vbi fuit commiſſum, & de voce publica, & fama, cum citra probata coadiuuant indicium ad torturam, vt *l. 3. ff. de teſtib.* Ex multis alijs poterit curioſus iudex indicia ſumere ad informandã conſcientiã pro eruenda veritate delicti.

Auß dieſen vnnd andern mehr Vmbſtänden ſoll ein fleiſſiger Richter ſich zuuiel bemühen / damit er zu gründlicher Erfahrung der Warheit kommen möge.

Additio D. Ludou. Bolognini.

Circa hanc materiam qualiter & quomodo ſumantur indicia, & qualia requirantur, vt quis poſſit torqueri

d. auctor, vt vides, multipliciter exemplificauit, & finaliter concludit hoc dependere ex iudicis arbitrio, & ideo possumus dicere in hoc certam doctrinam dari nō posse, in qua materia primo reperio dom. Abbat. *in c. cum in contemplatione. in 1. col. in vers.* 6 *& quæ indicia sufficiant, &c.* vbi concludit † quod non potest dari certa doctrina, sed relinquendum est iudicis arbitrio, & idē voluit Bald. *in l. in vlt. col. in princip. C communia de legat. & Bald. in l. ea quidem. C. de accusat. et Bal. in rubr. C. de probat. in 2. col. et in l. seruos. C. de testib. & in l. 2. C. quorum appellat. non recip. & dom. Ang. Aret. in suo libello maleficiorum, in verb fama publica præcedente. in 5. col. in ver. quæro an vnum indicium,* &c. vbi ponit fere omnia exempla, de quibus hic per dom. auctorem, & vltra ea subdit, quod si res furata reperitur penes 7 aliquem: † & si iuuenis reperitur in domo pulcræ puellæ, vel reperitur exire de domo, præsumitur supposuisse, alleg. Bar. post Iacob. Butr. *in l. final. ff. de hæred. instituend.* vel si quis repertus est cum cultello euaginato prope mortuum, nam istud est indicium sufficiens, imo manifestum secūdum Bartol. *in l. fur manifestus. ff. de furt.* & idem si quis visus fuit cum cultello sanguinolento

5 Et nota hoc, † quod tortura eſt remedium ſiue via extraordinaria probationis vt dicit Bald. *in l. ſi quis alicui. C. ad l. Iul. maieſtat.* via enim ordinaria eſt illa, quæ fit per teſtes & inſtrumenta, vt *leg. ſciant cuncti. C. de probat. cum ſimilibus.*

Vnnd nim alhie wahr/ daß die Marter iſt ein ſolch Mittel vnd Weg/ zu einer Beweiſung/ daß man die nicht ehe gebrauchen ſoll/ denn ſo man ſonſt keinen andern Weg zu der Warheit haben kan/ wie daß ordentliche

liche Mittel vnd Weg ſind / ſo man etwas durch Zeugen oder brieffliche Vrkund vñ Inſtrumenten probieret auch kundtbar machet.

Tormentorum ſpecies quę & quot.

Cap. II.

SVMMARIA.

1 *Tormentorum ſpecies quot ſint.*
2 *Torturæ gradus ſunt quinq;.*

SEcundo quæro, quot ſunt † tormentorum ſpecies? Reſpond. quod multæ ſunt, ac diuerſæ, vt ponunt doctores, maxime practici in eorum tractatibus, Gandin. *in opere ſuo maleficior. in tit. de quæſt. & tort. Angel. de Aren. in ſuo opuſculo maleficior. in gl. fama publica præcedente, in ver. tortura. Franciſc. Brun. de ſ. Seuer. in alio ſuo tract. maleficior. de indic. & tort. in 2. parte.* At ille inſignis doct. Modernus Bonon. D. Hippol. de Marſil. clarius cæteris hic aperuit in egregijs commentarijs ſuis, quæ nuper edidit ſuper notabil. 1

tit.ff.de quæst. in l. 1. in princip. vbi ponit 14. ſpecies tormentorum omnes diuerſas, quorum plura fuerunt ab antiquis inuenta: quædam vero nouiter ipſe inueniſſe aſſerit, prout eſt illud ſubtractionis ſomni quod in veritate perquam ſubtili ingenij acuitate adinuentum fuit, & ego ſemel expertus fui Romæ in quadam cauſa duorum religioſorum: licet alio modo, & faciliori illo vſus fuerim, & profecto vidi ea, quæ prius non credebam, quod illud affert maximum tormentum & faſtidiū in corpore, abſq; aliqua membrorum læſione, vide Franciſc. Brun. in materia prędicta, *in d. ſuo tractat. de indic. & tortur. in 2. parte. Alb. Gandin. in eodem ſuo tract. in tit. de quæſtion. & torm. Angel. Aret. in d. tract. malefic. in gl. fama publica. in materia torturæ. Anton. Roſet. & dom. Abb. in c. cum in contemplatione. de reg. iur. in antiq. Pari. de put. in tract. quem edidit de ſyndicatu. in c. tortura el. 1. cum tribus ſeqq. Bonifac. de vitali in tractat. ſuo malefic. in 2. parte. Hippolit. de Marſil. in practica ſua Anerolda nuncupata.* vbi copioſe tractat de hac tortura. Bartol. *in l. 1. in princip. & §. diuus. & in l. fin. ff. de quæſt. Bald. in leg. 2. C. quorum appellat. non recip. & in l. milites. & in leg. final. C. de quæſtion. & Salycet. in d. l. fina. eod. tit.* in quibus locis omnes tractant

tractant de hac materia torturæ, & modo torquendi. Azo in ſumma *de quæſtion. in princ.*

Die ander Frag iſt/ wieuiel ſpecies oder Art der Marter ſeyn? Hierauff antwortet der auctor, daß derſelbigen mancherley geſetzet werden/ vnd von den Rechtsgelehrten inn jhren Practicken von maleſitz händeln vnd peinlichen fragen/ als nemlich Gandinus, Angel. Aret. Franciſc. Brun. de ſanct. Seuer. vnd fürnemlich Hippolit. de Marſil. in dem tractat/ ſo er vber dē tit. ff. de quæſt. geſchriebē/ welcher 14. ſpecies vnd Art ſetzt/ ſo doch zum mehrer theil von den alten erfunden/ allein etliche hat er von newem erdacht/ ſonderlich daß man den gefangen nit ſoll ſchlaffen laſſen/ welchs gar für ein ſubtile art der Pein wird geacht/ vnnd ich eins mals zu Rom in einer großwichtigen ſache zweyer Geiſtlichen erfahren habe/ wiewol ichs auff ein andere vnnd leichtere weiſe gebraucht vnd fürgenommen/ hab aber gleichwol dardurch erfahren vnd geſehen/ das ich nimmermehr geglaubt hette/ daß es ein ſolche Pein vnnd Marter ſeyn ſoll an einem menſchlichē Cörper/ da man doch kein glied mit einem euſſerlichen zwang angreifft.

Istud tamen tormentum chordæ siue pendentis funiculi Doctores communiter ponunt pro magis communi & consueto, quod in se continet plures gradus timoris, doloris & cruciatus, qui adhibentur plus vel minus secundum qualitatem facti, personarum conditionem, & vrgẽtium indiciorum abundantiam, secundũ quod declarant præfati doctores in locis supra notatis.

Aber doch die tortur mit d' Chorde/strick/ oder Seiten/wie in Welschland breuchlich/ daß man einen an einem Stricklein oder Seiten herab läst/ daran jhm die Hände auff den Rücken gebunden seyn/ vnnd also mit der Seiten oder Strick bald wider auff gerücket wird/ ehe daß er gar zu der Erden kompt/solches wird von den Rechtsgelehrten gewöhnlich für ein gemeinere Pein gehalten/ welche doch mehr oder weniger Furcht/ Pein vnnd Schmertzen macht an dem menschlichen Cörper/ darnach sie hart oder lind angestellet wird/ darnach auch die Person/ die That vnnd Eygenschafft derselben/ auch die indicia vnd Vermuhtung hefftig oder gering seyn.

Ego

Ego autem vltra alios † pro faciliori 2
notitia istius practicabilis materiæ consideraui quinque gradus esse torturæ, siue tormenti sub hac specie tormenti chordę quibus rei diuersimode cruciantur plus vel minus, grauius aut leuius, iuxta qualitatem facti, personarum conditionem, & abundantiam indiciorum, sed antequam ad illorum declarationem deueniam, discutiam primo quæ sunt aut dicuntur legitima indicia & sufficientia ad torturã.

Jch aber hab vmb mehrer Richtigkeit willen in diesem peinlichen handel / die ding zusammen gezogen / vnd fünfferley gradus **die Chorden betreffend / wie man die härter oder linder anziehen / vnd nach Gelegenheit der Person / Alter vnnd Verbrechung anstellen vnd gebrauchen soll: ehe daß ich aber auff denselben Handel komme / wil ich erstlich anzeigen / welche** indicia **vnd vermuhtung zu peinlicher frag genungsam seyn.**

De legitimis indicijs, & ad torturam sufficientibus.

Cap. III.

SVMMARIA.

1 *Indicia quæ dicantur legitima ad torturam.*
Indicium duplex est.
Indicium dubitatum siue semiplenũ quod dicatur.
2 *Indicium plenum seu indubitatum quod sit.*
3 *Fama duplex est: quædam homini inhærens, altera vero inter homines.*
Fama homini inhærens quæ dicatur.
Infamia quid proprie dicatur.
4 *Fama inter homines dicitur rumor seu dictum gentium, seu vulgi, ex opinione imaginaria procedens.*
Rumor quid proprie sit.
5 *Suspicio est animi aliqualis applicatio ad aliquid cum titubatione.*
6 *Præsumtio quid sit, & quotuplex.*
Præsumtio hominis quæ dicatur.
Præsumtio simplex iuris quid sit.
7 *Præsumtio facti quæ sit, & quæ iuris.*
Fictio quid proprie dicatur.
8 *Argumentum quid sit.*
9 *Adminiculum vehemens quod dicatur, & quod nõ vehemens,*

Coniectura

Coniectura veri acceptio dicitur ex aliquibus signis extrinsecus.

10 *Nescientia seu ignorantia est intellectus neque ad verum neq; ad falsum determinatus.*

Error quid sit.

Verisimile quid dicatur, & quid non verisimile.

11 *Notorium dicitur certitudo indubia rei, de qua quæritur, fidem faciens indubiam.*

12 *Probatio dicitur actus rem dubiam educens in lucem cognitionis.*

Euidens dicitur quod manifeste liquet.

13 *Celari nulla tergiuersatione potest, quod in euidenti est.*

14 *Manifestum quod sit, et an egeat probatione, quod manifestum est.*

Probatio per euidentiam facti quæ dicatur.

15 *Manifestum et euidens in quo differant a notorio.*

16 *Iudex ex indicijs dubitatis ad torturam procedere non debet.*

17 *Indicia ad torturam legitima quæ dicantur.*

18 *Testis singularis de visu deponens, indicium facit ad torturam.*

19 *Tortura non est omnibus vniformiter danda.*

TErtio quæro, quæ sint legitima † indicia, & sufficientia ad torturam? Ante quorum declarationem necessarium videndum esse putaui: QVID EST

1

indicium, quid fama, & quædam alia, quę præcedunt inquiſitionem & torturam. Et primo dic, quod indicium duplex eſt ſecundum Bald. *in leg. ea quidem. C. de accuſat. & Gandin. in ſuo tract. malefic. in tit. de præſumt. & indicijs dubitatis & indubitatis.*

Fürs dritte/ wird gefraget/ was rechtmäſſige vnnd genungſame indicia **ſeyn zu peinlicher Frag? Ehe daß ich aber auff dieſe Frage antworte/ wöllen wir erſtlich ſehen/ was ein** indicium, **was ein gemein geſchrey ſey/ vnnd dergleichen dinge mehr/ ſo fürher gehen müſſen/ ehe daß man zur peinlichen Frage ſchreitten mag/ vnd ſage/ daß die indicia zweyerley ſeyn/ eins ein halb oder vnuolkommen** indicium **oder Vermuhtung das ander ein gantz vollkommene vnnd genugſame Vermuhtung.**

Indicium dubitatum ſiue ſemiplenum eſt pręſumtio quædam, fortiter mouens animum ad aliquid credendum vel diſcredendum, & probatur *in l. cum probatio. ff. de probaton. & per Gandin. in d. tit. de præſumtionib, &c.*

Ein halb oder vnuollkommen oder zweiffentlich indicium **iſt/ das eine ſtarcke vermuhtung**

muhtung gibt etwas zu glauben/oder nicht zu glauben.

Indicium vero plenum † & indubita- 2
tum est demonstratio rei per signa sufficientia, per quę animus in aliquo tanquam improprio exsistente quiescit, & plus inuestigare non curat, & hoc probatur in l. *indicia. C. de rei vendicat. & per Gandin. in d. tit. de præsumtion. vt supra. Bald. in d. leg. ea quidem. in 2. colum.*

Ein gantz oder vollkommen Vermuhtung aber/ist ein Anzeig durch Zeichen / so vnzweiffentlich vnnd genungsam seyn / einem ein Glauben zu machen/daß er weitter nicht fragen darff/ ob er genungsam vrsach habe / einen mit peinlicher Frage anzugreiffen.

Sed quia in causis criminalibus, maxime quando proceditur per inquisitionem, necesse est quod præcedat infamia, contra reum de crimine, ex quo reperitur inquisitus, vt *in c. qualiter & quando. & ibi per omnes scribentes. de accusat.* ideo aliqua de fama & infamia hic inserere placuit, & dic secundum Bald. *in d. l. ea quidem. in princip.* quod fama † est duplex, vna quæ est in homine, 3

ſcilicet quæ inhæret homini: altera quæ eſt inter homines.

Dieweil aber inn peinlichen Sachen/ fürnemlich wenn man Inquiſitions weiſe procedirt/gewöhnlich mit fürfelt/daß man von dem Gerücht deß vbelthäters pflegt zu handeln. Derowegen folget nohtwendiglich/etwas alhie von gutem vnd böſem gerücht zu ſetzen.

Fama enim quæ eſt in homine, vel quę homini inhæret, eſt ſtatus illæſæ maieſtatis ac dignitatis, moribus & legibus comprobatus *in l. cognitionum genera. ff. de var. & extraordin. cognit.* Cuius famæ contrarium eſt infamia.

Ein gut Gerüchte iſt ein vnuerſehrter/ vnuerletzter Stand eines Menſchen/der zu Recht vnnd nach gewonheit ehrlicher vnnd guter ſitten/genugſam iſt.

Infamia eſt priuatio famæ contingentis ex accidenti præter naturam. vel ſic: Infamia eſt deficientia ſtatus, & læſio maieſtatis & dignitatis.

Ein böß gerücht iſt ein Beraubung guter Leymut/auß einem Zufall/ſo ſich wider

die

die Natur zutregt. Oder ein böß Gerüchte ist ein Verletzung der Maiestat oder Wirden vnd guter Leymut eines Menschen an seinen Ehren vnd guten Leymut.

Ista videtur iudicio meo, quod sit melior diffinitio quam præcedens: quia per istam declarantur omnia contraria bonę famæ, & per id quod diffinitur vnumquodque contrarium: & per eius oppositum diffinitur & reliquum, vt probatur *in l. 1. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. & in princip. Institut. tit. de iure personar. & in princip. Institut. tit. de his qui sunt sui vel alien. iur. & in princ. Institut. de tutel.*

Secunda dicitur fama, quæ est inter homines, quę præiudicatur de aliquo homine, seu alio facto, & hæc dici potest fama loquens, quę semper de aliquo loquitur, & ita diffinitur secundum Baldum, in *d. l. ea quidem.*

Ein gemein gerücht ist das/ so vnter den Leuten gesagt wird/ vnnd erschollen ist von einem Menschen/ oder von einer Sache/ welches man mag nennen ein redend Gerüchte/ dieweil es für vnd für von einem redet/ fama genant.

Fama

4 Fama eſt † dictum gentium, ſeu vulgi eximaginaria opinione vel credulitate gentium ſeu vulgi procedens, quæ probatur *in l. de minore. §. tormenta. ff de quæſtion.* & ſub iſta definitione tam bona quam mala fama continetur. *l. 3. §. idem diuus. ff. de teſtibus.* & hæc eſt illa fama, quæ eſt præparatoria inquiſitionis, non autem prior, de qua ſupr. Sed quia ſolet quandoque non certa fama, ſed rumor inſurgere in populo, qui eſt minus quam fama, ideo videamus quid ſit iſte rumor?

Rumor eſt furioſa proclamatio gentium, & ſtrepitus multarum vocum, hoc probatur *in l. fin. ff. de hæred. inſtituend. & l. miles. §. mulier. ff. de adul.* & iſte rumor eſt initium famæ, & minus ea, ita dicit Bald. *in d. l. ea quidem.*

Rumor aber iſt gar ein vngewiß Geſchrey vnd Gewäſch / das vnter das Volck vnd viel Leut kommen iſt / darauff weder zu reden / noch zu bawen.

Quoniam vero ſunt plures gradus cognitionis, quando res eſt adhuc dubia, antequam perueniatur ad perfectam notitiam veritatis, in quibus gradibus animus iudicis ſemper ramanet titubans, antequam

quam perueniatur adultimum firmę credulitatis,& certæ scientiæ finem,secundū notabilem doctrinam Bartoli *in l. admonendi. in 4.col.ff.de iureiur.*

Vnnd wiewol sonst viel Grad seyn der Erkundigung / ehe daß man auff die rechte Warheit kompt / für welcher deß Richters Gemüht stätigs im Zweiffel muß hangen bleiben.

Ideo de ipsis gradibus cognitionis aliqua breuiter declarāda putaui, inter quas offert se mihi SVSPICIO: ideo quæro,quid est suspicio? Respond.

Suspicio est aliqualis † applicatio animi ad aliquid cum vehementi titubatione. vel sic: Suspicio est motus quidam mentis ad aliquid cum vehementi titubatione,probātur hæc *in l.de statu.15.ff.de testā.* non tamen intelligas suspicionem istam comprehendere suspicionem tutoris, vt intelligatur de illa, quando remouendus esta tutela, vt suspectus, quia illa est alia species suspicionis, ita dicit Baldus in d. l. *ea quidem. per leg. impuberibus. §. final. ff de suspect. tutor.* 5

Posthæc succurrit Præsumtio: videamus

mus nunc quæ eſt, & quotuplex ſit præ-
6 ſumtio? Reſpond. Præſumtionum † plures ſunt ſpecies : Quædam enim eſt præſumtio hominis, alia eſt præſumtio iuris, alia vero præſumtio facti, alia autem præſumtio iuris & de iure, ſiue iuris & facti. De quibus vide late Gandin. *in d. tract. & tit. de præſumt. & indicijs.* Præſumsio enim hominis ſecundum Bald. ibi eſt, quidam conceptus cauſatus in mente aliqua probabili coniectura, vt *l. continuus. §. cum ita. ff. de verbor. obligat,* Præſumtio vero iuris ſimplex, eſt ſimilitudo quædam ſufficiens ad rem dubiam, de qua creduntur credenda. leg. *1. C. de contrab. & committ. ſtipulat. & l. iuris gentium. §. quor. l. fere. ff. de pact.* Præſumtio autem † facti eſt, cum ex facti ſimilitudine aliquid demonſtratur, quod animum videntis ad illud dubitanter applicat. Præſumtio iuris & de iure, eſt ſtatus a iure prouulgatus ex indubia coniectura, hoc probatur *in leg. cum oſtendimus. in fin. Digeſtis de fideiuſſor. tut.*

Sequitur nunc videre, quid ſit Fictio? & dic, quod fictio eſt falſitas pro veritate acce-

accepta ex ſpecialiſſima & iuſtiſſima cauſa in iure expreſſa, vt not. *in l. in bello. ff. de capti. & poſtlim. reuerſ. & l. ſi is qui pro emtore. & ibi late per Bart. ff. de vſucap.*

Argumentum autem ſic diffinitur: Argumentū eſt † propoſitio ex aliquibus exiſtentibus reſultans ad propoſitum reſpondendum ſeu concludendum. Vnde quando plura indicia, vel plures propoſitiones ſiue præſumtiones, teſtes vel coniecturæ ad eandem concluſionem, tendunt ad effectum aliquid probandi: illa coadunatio ſiue copulatio ex pluribus in vnum, dicitur argumētum, quod eſt proprie collatio plurium diuerſorum tendētium ad vnam & eandem conluſionem, vt *l. 3. §. idem diuus. ff. de teſti. l. diuus. ff. de cuſt. reor.* 8

Aliud indicium probationis ſiue cognitionis dicitur Adminiculum, & iſtud eſt duplex: aliud eſt adminiculum vehemens, aliud vero adminiculum leue, ſiue non vehemens. Adminiculum † enim vehemens eſt ſuppletio defectus probationis per ſe ſolum non operans, ſed cum alia probatione cooperans, probatur hoc *in cap. final. extra, de ſucceſſ. ac inteſtato. & in c fin. de iureiur.* 9

Admini-

Adminiculum non vehemens eſt aliqualis pars confirmationis veri, tendens ad aliquid ſuſpendendum de defectu probationis, & alia adminicula per ſe ſola etiam plura non ſufficiunt, vt *l. 2. §. 1. ff. de excuſat. tutor.*

Sequitur modo Coniectura, quæ ſic diffinitur: Coniectura eſt acceptio ſeu reputatio veri ex aliquibus ſignis extrinſecis perueniens, per quę deuenitur ad verum, ſicut per circulum coniecturamus tabernam, dicit Bald. & ibi, & per habitum diſtinguimus meretricem. *l. item apud Labeonem. §. ſi quis virginem. ff. de iniurijs, & habetur in cap. in nonnullis. extra de iudæis.* His omnibus oppoſita ſunt neſciẽtia ſiue ignoranti & error, quæ neſcientis ſic diffinitur:

10 Neſcientia ſiue ignorantia † eſt intellectus non determinans ſe ad verum vel falſum.

Error autem eſt priuatio intellectus determinati ad verum, & auriga tendentis ad falſum. vel ſic: Error eſt priuatio veritatis cauſata in intellectu, per falſam imaginationem vt probatur *in leg. de ſtatu. ff. de teſtam. & l. ſi per errorem. ff. de iurisd. omn. iudic. et l. ſi quis nec cauſam. 4. ff. de rebus creditis.*

Videa-

Videamus nunc de Veriſimili & non Veriſimili: & dic breuiter, quod veriſimile eſt id quod verum videtur, & eſt veroſimile, vt *l. miles. §. mulier. ff. ad leg. Iul. de adulter.* Non veriſimile vero dicitur illud, quod a vero eſt multum diſſimile, vt *l. non eſt veriſimile ff. quod metus cauſ. in princip.* vbi fit mentio etiam de præſumtione iuris tantum, ſiue hominis, ſed credo potius, quod illa ſit quædam leuis præſumtio,

Poſtquam vidimus de gradibus probationis, per quos aſcenditur ſiue peruenitur ad plenam probationem, & certam fidem credulitatis: videamus nunc de ipſa certitudine veritatis; & quæro: quid eſt Notorium generaliter. Reſpond. ſecundum Bald. ibi:

Notorium † eſt communis & indubia certitudo rei, de qua quæritur, indubiam fidem faciens: an & quando quid dicatur eſſe notorium, & quod homines faciunt notorium, vide Bald. ibi, qui refert quosdam tenuiſſe, quod maior pars populi facit notorium, & quod in aliqua villa ſiue paruo caſtro minor numerus hominum facit notorium, quam in ciuitate, & ideo 11

dicit ſecundum Alb. de Gandin. quod ad ſciendum quot homines faciunt notorium, hoc eſt arbitrarium, quia iudex arbitrabitur, quod homines faciunt notoriũ: de qua materia vide latiſſime per Canoniſt *in d.c. qualiter & quando. de accuſat.*

Videamus modo, quid eſt Probatio, intelligendo de plena & perfecta probatione, quæ ſic definitur ſecundum Bald. ibi
12 Probatio † eſt actus, rem dubiam in lucẽ cognitionis educens, & hoc notatur in *rubr. C. de probat. & ibi Bald.*

Succedit altera ſpecies & probationis & cognitionis veritatis, quæ dicitur euidens & manifeſtum. Iſta duo differunt inter ſe, & differunt etiam a notorio, vt ſupra dictum. Euidens ita definitur:

Euidens eſt, quod manifeſte liquet, ſecundum Bald. *in d l. ea quidem. c. ſi forte. de elect.* lib. 6. & eſt ſatis diuerſum a manifeſto, & plus eſt quam manifeſtum. Euidens enim illud eſt, quod palam eſt oculis, & ſemper apparet. l. ea quæ. ff. de contrah. empt. l. non codicillum. C. de teſtament. & in cap. euidentia. 9. de accuſat. can. vt euidenter. 82. cauſ. 1. quæſtion. 1. Quod enim

nim † in euidenti eſt, nulla poteſt tergi- 13
uerſatione celari, & nullam optat probationem. *c. fin. extra. de cohabitat. clericor. & mulier.* vide quæ not. per Archidiac. in c. cum ſi forte. de elect. lib. 6. Bald. enim in d. l. ea quidem. definiuit manifeſtum, ſed definitio ſua mihi non placet: dicit enim, quod manifeſtum eſt, illud quod euidenter apparet: Sequeretur ergo, quod manifeſtum eſſet idem quod euidens, & tamen eſt ſatis diuerſum, vt proxime dixi, & dicã infr. quod min⁹ eſt manifeſtũ quam euidens, ideo putaui ſic eſſe definiendum:

Manifeſtum eſt demonſtratio quędam ex qua vehementer animus dubius informatur ad aliquod, nõ tn. tollitur tota dubietas. *can. de manifeſt. cauſ. 2. quæſt. 1.* Et hinc † 14
eſt quod dicitur manifeſtum indiget probatione, *can. eorum. cauſ. 11. q. 3.* Euidens autem nulla indiget probatione, vt d. l. ea quę. ff. *de action. emt. vide Ioann. Andr. in c. conſtitutionem. de verbor. ſignificat. lib. 6. & text. not. in l. quoniam ſororem. Cod. de iure deliber.* vbi de vtroque fit mentio. Tamen euidẽs ponitur pro magis claro, quã manifeſtũ, vide Alb. de Roſ. *in dict. ſuo tractat. in lit. E. in verſ. euidens. el. 1. & 2:*

Bald. tamen *in d. l. ea quidem.* aliam ponit differentiam inter ista duo, dicens, quod euidens dicitur id solum, quod apparet per oculorum inspectionem, vt *l. si irruptione. §. ad officium. ff. finium regundor. & idem Bald. in rubr. C. de probat.* dicit, quod illa dicitur probatio, per euidentiam facti, quando res subijcitur oculis iudicis

Manifestum autem largius dicitur, scilicet omne id, quod nobis innotescit per quemcunque sensum corporis, scilicet visum, auditum, sicut est sonus campanę, aut alium sensum, vt *l. 1. §. occisorum. ff. ad S.C. Syllan.* De quibus sensibus habetur *in l. eum. §. pen. ff. de acquir. possess.* Differunt etiam † ista duo secūdum ipsum a notorio, quia manifestum vel euidens est illud, quod vni tantum, vel pluribus patet: notorium autem esse non potest, nisi toti populo, vel maiori parti populi innotescat, vt supra late diximus, & not. *in c. vestra. & ibi Innocent. de cohabitat. cleric. & mulier.* Et per hæc sum expeditus de istis gradibus seu adminiculis probationis, ac de specieb. plenæ seu perfectæ probationis, qui quidam gradus, & adminicula probationis a quibusdā appellantur indicia nōn plena & dubitata,

per

per quæ animus iudicis deducitur quandoque in ſuſpicionem: quandoque vero in opinionem, quæ magis eſt propinqua indubitatæ fidei, quam ſuſpicio, ſecundū Bartol. *in d.l. admonendi. ff. de iureiur.* Ex quibus tamen indicijs † dubitatis non datur iu- 16
dici indubitata fides, & firma credulitas ſed quædam ſuſpicio quandoque, ex qua iudicis mens ſatis dubia reperitur: & iſto caſu non facile deueniendum eſt ad torturam, maxime ſi perſona ſit honeſtæ cōditionis, quia iſta ſuſpicio eſt primus gradus probationis, & minus quam ſemiplena probatio, ſecundum Bartol. *in d.l. admonendi. in gl. magna.* Quandoque vero indicia ſunt talia, quę adducunt animum iudicis in opinionem, quæ eſt ſecundus gradus probationis, ſecundum Bartol. ibi, ex qua animus iudicis multum dependet in illa parte, non tamen eſt plene certus: & ideo iſto caſu deueniri ſolet ad torturam, quæ datur in ſupplementum probationis in cauſis criminalibus, quando veritas aliter haberi non poteſt, vt per Bartol. *in leg. fin. ff. de quæſtio.* quia tormentum illud fuit inuentum cauſa neceſſitatis, & in ſupplementum

probationis, vt dixi, quotieſcunque reus eſt valde ſuſpectus, contra quem laborāt indicia, vt dicit Panorm. *in d.c. cum in contemplatione. in princip. de reg. iur.* & *Bald. in l. 1. C. quorum appellat. non recip. idem Bald. in l. milites.* & *leg. fin. C. de quæſt. Bartol. in l. 1. in princ.* & *§. diuus.* & *l. fin. ff. de quæſt.*

17 Quæ autem † dicuntur eſſe legitima indicia: dic, quod illa ſunt, quæ ſunt proxima facto, quæ quanto propinquiora ſunt, tanto meliora ſunt. *l. 1. §. præterea.* & *l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtion.* & *ibi per Modern.* Quæ autem indicia dicantur eſſe ſufficiētia ad torturam, certa regula tradi nō poteſt, ſed hoc relinquitur arbitrio & diſcretioni boni iudicis, ſecundum quod dicit Azo *in d. ſumma. tit. de quæſt.* vbi dicit, quod nō debet iudex reo adhibere tormenta, quāta accuſator expoſcit, ſed quanta moderatæ rationis temperamenta deſiderant, idem dicit Bart *in d. l fin. ff. de quæſt. in princ.* dicit tamen *in d. c. cum in contemplatione.* quod licet ſuper hoc an & quando indicia dicantur eſſe ſufficientia ad torturam, certa regula tradi non poſſit. *argum. l. teſtium. §. tu magis. ff. de teſtib.* & *l. de minore §. fin. ff. de quæſt.* Tamē dicit, quod omnes doctores tenent, quod vnus

vnus testis † de visu facit indicium ad tor- 18
turam, intellige tamen, quod sit testis fide
dignus, non suspectus, & omni exceptio-
ne maior, secundum quod dicit Bartolus
in d.l.fin. & Bald. in d.l.2. & ita communiter tenent doctores. Bonus itaq; & discretus iudex cuncta
circumspiciet, & iuxta criminis qualitatem,
facti contingentiam, conditionem personæ,
& abundantiam indiciorum considerabit, an
ad torturam ipsam deueniendum sit, & casu
quo ad illam deueniri contingat, iterum ma-
ture considerare debet, qua grauitate, leuita-
te vel moderamine veniat inferenda, iuxta
notata per Azon. *in d. summa. de quæst.* scilicet
quantum moderatæ rationis tempera-
menta desiderant. Aliter enim sunt tor-
quendi † iuuenes robusti, & alio modo 19
debiles, delicati vel senes, alio modo ru-
sticus vel miles, & alio modo ciuis, & alio
modo nobilis, & alio modo ignobilis, &
plebeius. *l. de minore. §. tormenta. ff. de quæst. & l.*
1. §. fin. eod. tit. Bart. in d.l. fin. eod. tit. Bald. in d.l 1.
C. quorum appellat. non recip. & idem Bal. in leg.
milites. & l. fin. Cod. de quæst. Abb. in d.
c. cum in contemplatione. de reg.
iur. in antiquis.

De quinque istis gradibus torturæ, & qualiter hi cognoscantur & inferantur.

Cap. IIII.

SVMMARIA.

1 *Torturæ gradus sunt quinque, & qualiter cognoscantur & inferantur.*

Gradus primus torturæ quis sit.

2 *Confessio rei facta in præparatorijs tormentorũ dicitur facta metu, ideo ratificatione eget.*

3 *Tortura largo modo sumta quid sit, & vnde dicatur.*

Torturæ primus gradus, scilicet terror, quibus inferri possit.

4 *Torturæ gradus secundus quis sit.*

5 *Tortura leuis quæ dicatur, & an vere sit tortura.*

Tortus leuiter potest grauius torqueri militantib. indicijs legitimis.

6 *Priuilegiati ne possint torqueri tormento secundi gradus torturæ potuerunt supponi.*

7 *Febricula leui laborans non excusatur, quo minus teneatur comparere citatus.*

Confessio facta in leuibus tormentis, ratificatione indiget.

8 *Tortura tertius gradus dicitur, cum per spacium dicendi vnũ Miserere, reus suspensus detinetur.*

9 *Tortura*

9 *Tortura gradus quartus quis ſit.*
10 *Tortura gradus quintus quis dicatur.*
11 *Tortura gradus vltimus in quibus applicetur criminibus.*
12 *Complexionum diuerſitas multa in ſuſtinendis tormentis.*
13 *Meſites lapis potus facit, vt dolorem nullum ſentiat tortus.*
Remedia quæ verbis fiant, ne torti dolorem ſentiant.
14 *Fur quidam Romæ, quibus remedijs contra torturam fuerit vſus.*
15 *Tortus quidam dicens, de lacte beatæ virginis Mariæ, dolorem nullum ſentiebat.*
16 *Remedia quæ fieri poßint aduerſus maleficia taciturnitatis.*

QVarto nunc videndum eſt † 1 de iſtis quinque gradibus torturę, de quibus ſupra fit mentio, quomodo cognoſcuntur & qualiter inferuntur. Reſpond. Declarando primum gradum, incipiemus a minori vel infimo: aſcendendo veluti per gradus ſcalarum, reducendo materiam ad practicam.

Zum vierdten wöllen wir nun ſehen / daß fünff Grad der peinlichen Frag vnnd

Tortur sey / welche wir nach einander beschehen wöllen/vñ vom geringsten anfahen/vñ biß zum grösten fortschreiten / wie man an einer Leiter hinauff steiget.

Dico, quod primus siue infimus gradꝰ torturæ est territio illa, quam infert iudex reo, quando illum cognoscit suspectum, tamen indicia nõ adsunt talia, vt torqueri possit: isto casu iudex mandat quandoque reum ipsum spoliari ligariq; , & in ordine poni, ac si vere torquendus esset, & quandoq; ligari mandat ad funiculum, ita vt nihil aliud deficiat, quam sola eleuatio, & hoc fit ad incutiendum timorem reo, vt facilius fateatur stantibus, maximei iudicis persuasionibus. Et ista proprie nõ dicitur tortura, quia vere corpus non torquetur, nec sentit dolorem, sed potius est quidam mentis timor, secundum Bald. *in d. l. 2. C. quor. appellat. non recip.*

Vnd ist der erst oder niderst grad / wenn der Richter einen erschreckt/wenn er jn erstlich ansichtig wird/vñ verdächtig helt/aber gleichwol so viel anzeig nit hat / dz er jn mit peinlicher frag angreiffen möcht/aber doch sich zutregt / daß gleichwol der Richter inn solchem

solchem Fall einen lest außziehen/ binden vnd an die Leiter stellen/ also daß der gefangen nicht anderst meynt / er werde jetzt vom Scharpffrichter auffgezogen/ oder daß der Richter den gefangen/sonst den Scharpffrichter sehen lest/ damit er sich vor jhm entsetzte/vnnd desto ehe bekennet/ wenn jhn der fraget/ob dan wol solchs eigentlich für kein peinliche Frag wird gehalten / dieweil der Leib nit angezogen noch gepeinigt wird.

Et Bald. *in d. l. 2. C. de custod. reor.* vbi dicit, † 2 quod confessio facta a reo, in istis præparatorijs tormentorum, cum sit facta & extorta propter timorem tormentorum, indiget ratificatione, ac si facta fuisset in plenis tormentis, alias nunquam sufficeret ad condemnationem, vide Angel. & Salicet. *in d. l. 2. & Salic. in l. fin. Cod. de quæst. Bar. tol. in l. 1. §. si quis vltro. ff. eod. tit.*

Vnd Baldus sagt/ daß die Außsag/ so einer thut/ weil der Scharpffrichter zuricht/ jhn peinlich zu fragen / dieweil sie geschehen sey auß furcht der Peinlichkeit/ so müsse sie doch bekrefftiget werden/ nit weniger als ob sie inn voller Peinlichkeit geschehen were/

sonst

ſonſt ſolt ſie nicht gnung ſeyn/ einen zu verurtheilen.

Vide not. text. *in l. 2. C. de custod. reor.* qui loquitur proprie de hac ratificatione, quæ fit apud acta ſub publico teſtimonio, & dicit imperator ibi, quod iſto modo fræni quidem temperies iudicibus immodice ſæuientibus adhibetur.

Da in gemeltem Text von ſolcher Ratification geredet wird/ welche man bey die Acta regiſtriert/ zu öffentlichem Gezeuggnuß/ vnnd ſagt der Kayſer daſelbſten/ daß dadurch den Richtern ein Gebiß eingeleget werde/ daß ſie nit zu grawſam mit den Gefangen vmbgehen.

Iſte autem actus, vt dixi, non poteſt dici proprie tortura, vt proxime diximus: ſed appellatur proprie territio ſiue terror tormentorum.

Demnach ſo wird dieſer actus/ wenn ein Gefangener ſolcher maſſen bekent/ für kein Tortur gerechnet/ ſondern für ein Schrecken vnd Furcht der peinlichen Frag-

3 Largo vero † ſumto vocaculo & improprie poſſet dici tortura, prout quidam deſcripſerunt hoc nomen tortura, quæ dicitur

dicitur a terrendo: Sed iſto modo terretur: Ergo &c. vel dicas, quod licet corpus vere non torqueatur, animus tamen bene torquetur, & timoris patitur cruciatum, & ſic largo modo dici poteſt tortura.

Et not. quod iſte terror ſiue primus gradus incuti & experiri poteſt contra quoſcunque, etiam contra eos, qui de iure torqueri non poſſunt aliqua de cauſa, vt infra latius dicetur in 6. quæſt. vel quãdo deficerent indicia, propter quæ quis torqueri deberet, vel qualibet alia iuſta de cauſa ad torturam deueniri non poteſt, ad iſtum gradum deueniri poterit, ſecundum Bald. *in d. l. 2. in ver. quæro quandoq;, &c.* vbi dicit, quod illi qui de iure torqueri nõ poſſunt, poterunt bene terreri.

Vnd iſt zu wiſſen/ daß dieſer erſte Grad der Peinlichkeit/ mag wider einen jeden für genommen werden/ auch wider die jenigen ſo ſonſt mit der Tortur nicht mögen angegriffen werden/ wie hernach weitter ſoll dauon Meldung geſchehen/ wenn man nicht gnugſam indicia hat/ einen peinlich anzugreiffen/ oder ſonſt auß Vrſachen zu weiterm

term Grad der peinlichen Frag nicht kommen kan/nach Meynung Baldi, der da sagt ob man gleich einen peinlich nit angreiffen möge/vnd vberziehen/ so mag man jn doch wol solcher Gestalt erschrecken/ wie oben gemeldet.

Iste enim primus siue infimus gradus torturæ non solet adhiberi robustis, versutis atq; dolosis viris, seu debilibus, timidioribus, pusillanis atque delicatis, quoties contra ipsos militarent aliquæ præsumtiones & coniecturæ, siue indicia leuia.

Denn wiewol man solchen vndersten grad an denen nicht versuchen vnd braucht soll/ welche starckes Leibes/ listig vnnd verschlagen seyn/denn dieselben muß man anders ansprechen/sondern an denen/so blöde verzagt/ kleinmühtig/ forchtsam vnd zärtlich seyn/ wenn man etliche geringe Vermuhtung wider sie hat.

Et licet interdum essent plura indicia: multoties tamen cum isto infimo gradu, ab hominibus similis conditionis solet extorqueri confessio, absque eo, quod ad vlteriora procedatur, vt sæpius expertus

fuit

fui in facto, de quo infimo gradu fit sæpius experientia in robustioribus & magis cautis, quoties vt dixi, non militant plena indicia, vide Part. de put. *in d. suo tract. de syndic. in c. aduertendum, & Bald. in d. l. 2.*

Vnnd tregt sich offtermals zu/daß/ob man gleich mancherley Indicia hat/darauff man mit den Gefangen peinlich fortschreiten möcht//zu fernerm grad der peinlichkeit deß/das man durch solchen ersten Grad vnd Schrecken der Marter bey den Gefangen so viel befunden/vnnd peinlich herauß gebracht/daß weitter zu fragen nit von nöhten/sondern die gefangen als balde sagen vnd bekennen/was sie wissen vnd gethan haben.

Secundus gradus † torturæ est, cum 4
reus ligatus eleuatur modicum super terram, paulo momento detinetur eleuatus & protinus deponitur, vel cum detinetur suspensus spacio dicēdi aue Maria: vel Pater noster: aut vnū miserere, iuxta qualitatem facti, & personarum conditionem, deinde deponitur absq; aliquo impulsu, quassatione vel tractu chordæ, & hæc dicitur leuis tortura, ad quā deuenien dū est

quo-

quotieſcunque indicia quædam apparent aliqualiter probata, & reus eſt magis ſuſpectus.

Der ander Grad der peinlichen Frage iſt/wenn der Gefangen alſo gebunden/ ein wenig von der Erden auffgezogen wird/vñ man jhn ein wenig alſo ſchweben vnnd hengen leſt/vnnd dann jhn wider herab thut/oder wenn man jhn ſo lang hengen leſt / als einer ein Aue Maria, Pater noſter **oder das** Miſerere/ **nach Gelegenheit der Sach vnd Perſon/ſprechen möcht/ vnnd dann wider nidergelaſſen wird/ ohn alles Stauchen oder Stoſſen. Solches wird ein gelinde frage geheiſſen/ zu welcher man ſchreitten kan wenn man** indicia **hat/ welche ſich etlicher maſſen beweißlich anſehen laſſen/aber doch nicht aller ding genugſam/vnnd der gefangen etwas verdechtig iſt.**

Indicia tamen ipſa non ſunt plena ſatis ad inferendum plenam torturam, puta ſi eſſet vnus teſtis de viſu deponens, tamen non eſſet omni exceptione maior: vel duo teſtes de auditu ab alijs, non autem ab ipſo reo, & ſimiles præſumtiones vel indicia non plena, præcedente tamen

ſuſpi-

ſuſpicione contra perſonam ipſius rei, vt proxime dixi.

Doch ſolche Vermuhtung nicht aller ding gnugſam vnd vollkömlich ſeyn/ einen gantz vollkommentlich zu fragen vnnd zu torquieren/ als nemlich/ weñ einer vorhanden wer / ſo vber jhn zeuget/ daß er geſehen hette jhn mißhandeln / aber derſelbige nicht dermaſſen geſchaffen/ daß man nicht dörffte oder möcht wider jhn excipieren/ oder daß zween zeugen vorhanden weren/ welche dauon gehöret/ hetten es aber vom Gefangen nicht geſehen/ Solche vnd dergleichen vermuhtung ſo nicht vollkommen ſeyn / aber der beklagte ſo viel mehr verdacht auff jhm hat / machen daß man dieſen andern Grad gebrauchen mag.

Et iſta eſt illa leuis tortura, de qua loquitur Bald *in d. l. 2. C. quorum appellat. non recip.* vbi dicit,† quod quædam leuis febricula non dicitur febris,& infirmitas talis, quæ præſtet impedimentum ad comparandũ ſicut eſt vera febris,quæ hominem ſternit *vt l. ob quæ vitia. § fin. ff. de ædilit. edict.* ita iſta leuis tortura non dicitur tortura,ſiue tormentum , ex quo cauſetur dolor mentis, & § 5

corporis cruciatus, ſicut in tortum ordinaria. Et nota quod eſt magni effectus iſta doctrina, ex qua infertur, quod quotiescunque contra reum militant legitima indicia, ex quibus de iure quis torqueri poteſt, ſi fuerit ſemel iſto modo leuiter tortus, non obſtabit, quo minus poſſit iterum grauius torqueri ex eiſdem indicijs & tunc ſecunda vice dicetur competenter tortus, nec propterea reus conqueri poterit, quod fuerit repetitus in tortura, abſq; nouis indicijs, iuxta ea quæ habentur *in l. repeti. ff. de quæſt.* quia iſta non dicitur proprie repetitio, ex quo prima non fuit habita pro tortura, per ea quæ ſupra diximus, ita etiam ſentit Bart. *in l. fin. & l. repeti. ff. de quæſt. & Bald in d. l. 2. Cod. quorum appellat. non recip. Angel. de Aret. in d. gl. fama public. in ver. quid ſi aliquis fuit tortus, ſed leuiter, &c. Hyppol. Marſil. in d. l. 1. in princ. & d. l. repeti. Par. de put. in d. tract. de ſyndic. in c. ſequitur modo. Franc. Bran. Gand. &*
6 *ceteri Dd. in locis ſupra notatis.* Quidam tn. † dixerunt arguentes ex dicta doctrina Baldi, de qua ſupr. quod illi etiam, qui aliqua ex cauſa vel priuilegio torqueri non poſſunt: poterunt tamen tormento iſtius ſecundi gradus ſupponi abſque periculo, ex quo

iſta

ista leuis tortura non dicitur tortura, sicut leuis febricula non dicitur febris, d.l. ob quę vitia. Ego tn. de veritate istius dicti alias dubitaui, nec videtur esse bona differentia de leui febricula ad leuem torturam, quia est diuersa ratio in vno, quam in alio, ibi enim in d. l. ob quæ vitia. excusatur a comparendo in iudicio, ille qui propter febrim est impeditus, & non potest ambulare foris, quia nō exit de lecto, nec de domo. Is vero qui patitur quartanam febrim, aut aliam leuem febriculam quam nō curat, nec propter illā remanet, quin vadat foris per omnia loca, saltem in ciuitate. Ex quo enim † vadit per 7
vrbem, sicut vadit per alia loca, ita venire potest ad curiam, & coram iudice, quia ratio illa impedimenti, de qua in d.l. ob quę vitia, in princ. cessat in eo qui patitur leuem febriculam, ideo in eodem cessat legis excusatio. Sed hic in leui tortura fieri non potest, quod corpus nō torqueatur, nec patiatur aliqualē dolorē, licet sit leuis dolor, dolor est, & infertur iniuria dignitati, vel innocētiæ ipsi⁹ rei, quia tortu-

ra, vt diximus ſupra *eod. tit. queſt. 1.* eſt cruciatus quidã in corpore, &c. Cum igitur per hanc leuem torturam inferatur in corpore dicti rei aliqualis cruciatus, non poteſt dici niſi quod vlla ſit tortura, & quod ille ſit tortus, quamuis leuiter.

Vnnd dieſe wird nach Meynung Baldi ein geringe Tortur oder peinliche Frag geacht/ gleich wie einer ein leicht vnnd gering fieber hat/ daran er gleichwol außgehẽ kan/ wiewol ich für mein Perſon mit Baldo nit einig bin/ alſo daß ich dieſen andern geringen Grad der Tortur/ einem geringen Fieber, vergleichen köndte/ Dieweil es mit der peinlichen Frage gar ein ander Ding iſt/ deñ mit dem Fieber/ es ſey ſo gering es wöll/ Denn ſo einer ein klein oder geringe Fieber an ſich hat/ vnd durch die Statt oder ander ort gehen kan/ ſo kan er auch auff das Raht-Hauß gehen/ vnnd hat alſo kein entſchüldigung/ hat auch vber niemandt zu klagen/ wenn aber einer gleich härter mit der Peinlichkeit nit angegriffen würde/ denn dieſer ander Grad mit ſich bringet/ ſo iſt es doch nicht müglich/ daß es ohne Schmertzen abgehen kan/ weñ er gleich nur ein wenig aufgezo-

gezogen wird/ vnd ob der Schmertz gering ist/so ist es doch ein Schmertz / vnd ist dazu dem gepeinigten solches an seinen Ehren verletzlich/ derwegen es auch für ein peinliche Frag zu halten ist.

Et ideo ego nunqam consueui, ad gradum istum deuenire, nisi quando procedunt indicia,& sunt bene probata:tamen si sunt indicia aliquantulum remota a facto,& persona esset vilis, & ignota, & valde suspecta de crimine, aut in responsionibus suis variaret, & alijs huiusmodi suspicionibus præcedentibus,*l.de minore.§. tormenta in fin.ff.de quæst.& per Bald. in d.l.2. Bartol. in d.l.fin.tepanorm. in d.c. cum in contemplatione.* Si autem esset vir nobilis,aut honestæ familiæ & conditionis, ad hoc non deuenirem regulariter, nisi præcedentibus legitimis indicijs,& bene probatis, iuxta not. per Bart.*in d.l.fin.ff.de quæst.* & per alios in locis supra notat. Confessio similiter facta in istis leuibus tormentis indiget ratificatione, sicut illa quæ est facta in plenis tormentis, vt supra diximus in præcedenti gradu, & notat.*in d.l.2. C.de custod.reor.*

Vnnd darumb hab ich diesen Grad der Tortur niemals pflegen zugebrauchen/ich

habe denn gnugsame indicia / so beweißlich seyn / vorher gehen gehabt / sondern weñ der gefangen vom Adel / oder sonst eines guten Geschlechts ist / wenn es aber eine geringe vnbekante Person / welche im reden vnbestendig / erschrocken / vnd etlicher Vbelthat beschreyet oder verdacht were / ob gleich die indicia der That / so folget / nicht weren / so möchte man denselbigen wol in diesem andern Grad / wie gemeldet / mit peinlicher Frag angreiffen / so soll auch die Außsag vñ Bekantnuß / so auff solche peinliche Frage erfolgt / so wol ratificiert werden / als in andern Fällen / da einer rechtschaffen peinlich angegriffen wird.

5 Tertius torturæ gradus † est, cum reus suspensus detinetur in tortura spacio dicendi vnum miserere, vel duo, aut aliquãtulum plus, absque tamen aliquo tractu, vel impulsione chordæ, quæ infertur ad maiorem cruciatum, & ad istum gradum ascendet iudex, quotiescunq; reus est magis de crimine suspectus, & indicia contra ipsum tendentia sunt plene probata: delictum tamen non est de atrocioribus, vt est furtum modici valoris, vulnus non lethale

thale, seu aliud crimen non capitale, vt l. *2. & ibi Bar. ff. de public. iudic.*

Der dritte Grad der peinlichen Frage ist/ wenn der Gefangen auffgezogen wird/ vnd so lang also im Gewicht hangen bleibt/ als einer ein Miserere oder zwey/ oder ein wenig lenger/ doch ohne Streckung oder Anzug der Chorden oder ander stricke/ dardurch einer gepeiniget wird/ zu welchem Grad der Richter so offt schreitten mag/ so offt der gefangen einer Mißhandlung verdechtig ist/ vnd die Anzeig/ so wider jhn angestelt/ probieret vnnd erwiesen seyn/ aber gleichwol die Verbrechung oder Vbelthat so grawsam vnd geschwind nit ist/ als weñ er einẽ geringen diebstal begangen/ oder einẽ verwunt/ vñ die wunde doch nit tödtlich ist.

Vel quando delictum esset grauius, & indicia magis aperta, persona tamen esset talis nobilis, vel alias honestæ familiæ, & alias bonæ conditionis & famæ, & nõ assuetus in similibus commiscri, cum quo mitius, & magis temperate agendum esset, non excedendo iudex istum gradum torturę nõ credo quod posset reprehẽdi *arg. l. nõ omn. §. a barb. ff. de re mil. l. in seru. l. respiciendum.*

§. delinquunt. ff. de pæn. l. quid ergo. §. pœna granior ff. de his qui not. infam. leg. testium. §. tu magis. ff. de testibus.

Oder wenn die Verbrechung etwas grob/auch die indicia am Tag vnnd offenbar weren/aber die Person vom Adel/oder sonst eines ehrlichen vnnd stattlichen Geschlechts/auch eines guten Namens vnnd Gerüchts/vnnd sich solcher Händel zuuor nicht gebraucht het/in dem Fall müste der Richter auch etwas gelinde handeln lassen/achte auch darfür/weñ es der Richter gleich in solchem Fall bey diesem Grad der Tortur bleiben liesse/er köndte darumb nit gestraffet/oder jhme solches verwiesen werden.

Quartus torturę † gradus dicitur, quotiescunque reus post eleuationem diutius suspensus in tortura detinetur, videlicet per quartam, tertiam, mediamue partem, vel duas tertias vnius horæ, aut per integram horam, secundum grauitatem criminis, suspicionem rei, & vires indiciorum, quandoque in ipso detentionis spatio adhibentur vnus, duo aut plures ictus, siue tractus chordæ ad maiores cruciatus

infe-

inferendum in corpore, maxime quando indicia sunt prægnantia.

Der vierdte Grad der peinlichen Frage ist/ wenn der gefangen auffgezogen/ vnd also ein gute weil/ als ein vierten/ dritten theil oder eine halbe Stunde also im Gewichte hangen bleiben muß/ oder wol eine gantze Stunde/ nach Gelegenheit vnd gröſſe der Sachen/ oder der person/ vnd der Schaffrichter jhm ein Zug/ zween oder drey gibt/ mit der Chorden/ oder klopffet jhm auff die Schinbein/ dadurch die marter deſto gröſſer werde/ insonderheit wenn die Verbrechung wichtig/ die Person starcker Gliedmassen/ die indicia groß/ vnnd darnach geschaffen seyn/ der gefangen auch ein grossen Verdacht auff jhm hat.

Reus est suspectus multum, & habet membra robusta, & crimen est graue ex se, etiam quod ista omnia non concurrãt si tamen maior pars concurrit, sufficit, vel quoties scandalum non modicum generaret, vt est furtum magnæ rei sacræ, vel aliud turpe sacrilegium, vel sacramentorũ abusus, aut homicidium graue, vel falsitas literarum Apostolicarum & similia, & indicia

dicia, vt diximus, essent vrgentia, & bene probata, vtpote vnus testis omni exceptione maior de visu ipsius facinoris deponens, aut duo seu plures testes alia probãtes indicia, & circumstantias necessarias ipsius criminis, secundum quod latius declarat Alb. Gand. *in d. suo tractat. malefic. in tit. de præsumption. & indicijs dubitatis & indubitatis. Bartol. in dict. leg. 1. §. final. & leg. final. ff. de quæstion. Bald. in leg. milites. §. oportet. Cod. eod. titul. idem Bald. in dict. leg. 2. Cod. quorum appellat. non recip. Bald. Angel. & Salycet. in dict. leg. ea quidem. C. de accus. Can. in c. qualiter & quando extra de accus. & in c. cum in contemplat. de reg. iur. in antiq.*

Wenn nun solche Stück all zusammen lauffen/ oder ja der mehre theil/ so ist es genug zu solchem Grad/ die peinliche Frage fürzunemen. Item/ wenn die verbrechung dermassen geschaffen wer/ daß ein grosse ergernuß darauß erfolget/ wenn sie solt vngestrafft hingehen/ als wenn einer ein grossen Diebstal begangen/ oder ein Kirchen erbrochen/ einen muhtwilligen Todtschlag gethan/ Kayserliche oder Bäpstliche Brieffe gefälscht/ vnd dergleichen vbelthat außgericht/ zu welchem dañ klare gnugsame vnd beweißliche indicia vorhanden weren/ als

weñ

wenn ein Zeug / wider welchen nit könte excipieret werden / vorhanden wer / der die Vbelthat gesehen / so der gefangen gethan soll haben / oder zween oder mehr Zeugen / so die andern indicia vnd Vmbstände beweisen / nach Gelegenheit der Verbrechung.

Quintus & vltimus torturæ gradus † succedit, quod est istud, quotiescunq; post aliquam suspensionis detentionem, & ictus siue tractus chordæ, si reus adhuc pertinax in eius negatiua insteterit, & torturã huiusmodi spernere videretur, pro grauiori cruciatu ad pedes ipsius rei torquendi subijciuntur pondera quędam pendentia vt sunt compedes ferrei, lorica, aut aliud simile pondus, & cum pondere ipso suspẽsus detinetur, vel ictibus cruciatur, & istud est sæuissimum genus tormenti. 10

Der fünffte vnnd letzte Grad der peinlichen Frag ist / wenn man den gefangen auff gezogen hat / vnnd wie oben gemeldt / an der Marter hangen lassen / auch etlich mal die Lienen oder Chorden angezogen / vnnd auff die Schinbein geklopfft / aber der gefangen solches alles veracht / vnd beharret auff seinem Verneinen / daß man jhme zur Beschwerung

Ego tamen quando caſus contingeret omnem diligentiam adhiberem, ad eruendam veritatem, aliter quam per torturam ex perſuaſionibus aut comminationibus: quoties tamen eſſet neceſſe ad illa deuenire, non excederem ſecundum aut tertium gradum, niſi eſſemus in atrocioribus & perſona eſſet vilis & valde ſuſpecta.

Wann ich aber ein Gerichtshalter wer/ vnnd ſich etwan ein Fall zutrüge/ wölte ich allen müglichen Fleiß anwenden/ damit ich die Warheit durch andere Weg dañ durch die peinliche Frag erkunden möcht/ vnd ſo ich je dieſelbe nohthalben fürnemen vnd gebrauchen müſte/ daß ich doch die mäſſig gebrauchen/

brauchen/vnd vber den andern oder dritten Grad nit schreiten wolt / es were dann ein grober vnd vnmenschlicher Fall vorhandē/ vnd der gefangen ein böse geringe Person/ vnd in bösem Verdacht.

An autem reperiantur alij, quam supr. notati, qui dicantur esse exemti a tortura, vide Hippol. de Marsil. *in l. edictum. ff. de quæst. in 3. col.* vbi plures enumerat, inter quos dicit, quod ille, qui est vtilis reip. torqueri non potest, secundum Par. de put. quem ipse refert idem tenere *in d. suo tractat.* & dicit esse bonum textum ad hoc *in l. ad bestias. ff. de pæn.* vbi dicitur † quod damnatus ad bestias eximitur ab illa pæna, quando ille erat vtilis populo, & ad preces pop. debet liberari. 10

Ob aber mehr Personen seyn/so mit der Tortur sollen verschonet werden/vnd außgeschlossen seyn/daruon besiehe Hippol. de Marsil. in l. edict. ff. de quæst. da dañ etliche mehr personen von jhm erzehlet werdē/vnter welchen auch die jenigen gemelt werdē/ so dem gemeinen Nutz fürnemlich nütz vñ behalten seyn/vnd demselbigen dienen können / allegiert leg. ad bestias. ff. de pæn. da die Rechte sagen / daß der jenige / so durch

Vrtheil vnd Recht dahin verurtheilet vnd erkandt worden/daß er den wilden Thieren fürgeworffen werden soll/vnd derselbe dem Römischen Volck nützlich were/so müst er auff Vorbitt deß Volcks mit solcher straff verschonet werden.

Nota,quod ego intelligo illud dictum esse verum,per illum textum, quotiescũque per torturam adeo cruciaretur,quod efficeretur inutilis, quia posset membro debilitari, vel mori in tortura, quod quidem perraro contingit, alias autem non videtur esse eadem ratio in tortura sicut in morte, quia illi qui sustinẽt torturam, non moriuntur nec debilitantur regulariter, & sic per illam non cessat vtilitas reipubl.quando ille seruatur in vita, & ideo dubito de isto dicto propter diuersitatem rationis,super quo tamen cogita.

Welches ich aber dahin verstehe / daß er so hefftig nicht soll gemartert werden / daß jhm seine Glieder dermassen verderbt werden möchten/daß er darnach nit mehr tüchtig were / oder gar an der Marter sterben möcht / welches doch gar selten geschicht/ sonst kan er gleichwol dem gemeinen Nutz dienst-

dienstlich seyn / ob er gleichwol einmal vber gezogen wird / welches aber nicht ist / wenn man einen für die wilden Thiere wirfft / da einer muß von denselben zerrissen / vnd vom Leben zum Todt gebracht werden.

Prædictas tamen limitationes omnes limita, & declara, non procedere, nec habere locum in criminibus exceptis, & atrocissimis, sicut est crimen læsæ maiestatis, in quo nulla dignitas, nullumque penitus priuilegium suffragatur reo ad effugiendum. *l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiestat.* Et in crimine hæresis, Ketzerey vnd Secten / vt dicũt Dd. *in d. l. quisquis. & Canonistæ in cap. vergentis. de hæretic. in antiq. & in c. cum secundum leges. eod. tit. lib. 6.* item in crimine maleficorum & incantatorum, der Zauberer. vt *l. & si excepta. C. de malefic. & mathema.* in quibus criminibus omnes indistincte torquẽtur, vt ibi dicitur & notatur etiam per dom. Hippolyt. de Marsil. *in d. l. edictum.*

Solche Freyung aber vnd Außzug von der peinlichen Marter / haben nicht statt in den vberauß grossen Fällen / als wenn einer wider den Kayser oder das Reich mißhandelt hat / in welchem Fall nimants verschonet wird / er sey so Edel vnnd wirdig / als er

wölle/ so hilfft kein priuilegium oder Freyheit/dadurch er der peinlichen Marter entfliehen möcht/ darzu dann die Canonisten/ die Ketzer vnd Zauberer auch rechnen/ inn welchen Fällen müssen alle der peinlichen frag ohn vnterscheid vnterworffen sein/wie Hippol. de Marsil. nach der Länge daruon meldet.

In causa pecuniaria & ciuili, num ad torturam deueniri possit.

Caput. VII.

SVMMARIA.

1 *Tortura an locum habere possit in pecuniarijs causis.*

2 *Liberi possunt torqueri in causa ciuili delictum annexum habenti.*

3 *Serui alieni in causa pecuniaria torqueri possunt. Homo liber in causa pecuniaria regulariter non torquetur, sed hoc fallit in teste vacillante.*

4 *Mercatores falliti, cessantes & fugitiui quando torqueri possint.*

5 *Pœna corporalis quantumlibet leuis, quacunque pecuniaria maior est.*

6 *Tortura non dicitur pœna, quæ iuris habeat effectum.*

7 *Finis causæ non attenditur in materia torturæ.*

8 *Iuramentum quando deferatur in probationis supplementum.*

9 Tortura

9 *Tortura quando ad pœnam dari dicatur.*
Fur quandoq; ad pœnam torquetur pro leuibus furtis

10 *Confeßio torti an ſibi noceat, ſi denegata fuerit indiciorum copia remißiue.*

11 *Iudex quid faciet reo ad banchum iuris ducto, cõfeßionem ſuam, quam in tormentis fecerat, negante.*

SEptimo quæro: an in cauſa † pecuniaria & ciuili deueniri poſſit ad torturam? Dic, quod ſic quandoque: non tamen omnes perſonæ, nec in omni caſu deueniendũ erit, ſed ſerui duntaxat alieni, quotieſcunq; veritas rei aliter haberi non poteſt, torquentur. *l. diuus. in princ. ff. de quæſt.* Vbi Marcian. inquit: Diuus Pius reſcripſit poteſtate de ſeruis haberi queſtionẽ in pecuniaria cauſa, ſi aliter veritas inueniri non poſſit: ſed hoc ita eſt, vt nõ facile in re pecuniaria queſtio habeatur. **das iſt/ da Marcian. gantz beſcheidẽlich ſchreibt/ dz man in dẽ fall anderſt die peinliche Frag nit fürnemen ſoll/ deñ ſo man in ander weg zur warheit nit kom̃en kan/ widerholt auch daſſelbe zum andern mal.**

Zum ſiebenden vnnd letzten/ fällt dieſe

Frage

Frag für/ob man einen auch in bürgerlichē Sachen/mit der peinlichen Frage angreiffen lassen möge? Darauff antworte/daß es bißweilen geschehen möge/ aber nit in allen Fällen/ auch nit wider alle Personen/ sondern allein die Knechte/ wenn man anderst hinder die Warheit nicht kommen kan.

Et ista est vna ex differentijs, quæ vertuntur inter causas ciuiles & criminales, secundum quod dicit Bart. *in d.l. diuus. in princ. ff. de quæstion.* quia in causis ciuilibus non torquentur, nisi serui alieni, no autem liberi, neque statuliberi, & casu, quo deueniendum sit, non ita de facili deueniendū est, sed vbi veritas aliunde haberi non potest, quam per tormenta seruorum, sed in causis criminalibus torquentur etiam liberi, pro eruenda veritate, ita dicit Bartolus *in d.l. diuus.*

Vnnd ist zu wissen/ daß diß der Vnterscheid eine ist/ zwischen den peinlichen vnnd bürgerlichen Sachen/ / daß in bürgerlichē Sachen allein die frembden Knechte sollen peinlich gefragt werden/ vnd doch auch nit ehe/ man könne dann sonst zur Warheit nit kommen/ welches aber inn peinlichen Sachen

chen nicht iſt / da man auch freye Leute torquieren mag / auß welchen ein ſolche Regel kan geſchloſſen werden // daß kein freyer Menſch inn bürgerlichen Sachen möge peinlich gefragt werden.

Quod tamen eſt verum † niſi cauſa ciuilis haberet in ſe annexum delictū, quia tunc etiam liberi torquentur, vt eſt textus notab. *in c. 1. de depoſ.* quem textum omnes Dd. allegant ad hoc, & notant etiam Dd. in l. *ex libero. ff. de quæſtion.* Vnde dico, quod in hac materia poni poteſt regula negatiua, ſcilicet quod in cauſa pecuniaria liber homo regulariter non torquetur. d. l. diuus. Fallit iſta regula in aliquibus caſib. & primo in caſu d. c. 1. de depoſ. quando cauſa ciuilis habet annexum delictum. Item fallit, quando ciuiliter ageretur de falſo, & veritas aliter haberi non poſſet, quod tunc deueniri poſſit ad torturam, ita dicit Bald. *in l. ſicut falſi. C. ad l. Cornel. de falſis.* Ex quo textu idem puto dicendum eſſe in furto, vbi ageretur ad rem ſibi furto ſubtractam non per accuſationē furti, ſed priuato iudicio ciuili per actionem furti, vt in §. furti autem actio. *Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc.* 2

vel

vel conditione furtiua, *vt in leg. si profure. & in prin. §. 1. ff. de condict. furtiu.* quod vbi plena probatio per teſtes aut ſacramenta haberi nō poſſet, liceat deuenire ad torturam, quia ratio text. *in d.l. ſicut falſi.* ita militat in iſto caſu, ſicut in illo.

3 Et prædicta procedunt † in libero homine: ſerui autem alieni bene poterunt torqueri in cauſa pecuniaria: & hoc fieri poteſt, quotieſcunq; veritas aliter haberi non poteſt, vt *d.l. diuus. ff. de quæſt.*

Prædicta etiam limita & declara, quod licer homo non torquetur regulariter in cauſa pecuniaria: eſt verum, quando loquimur de principali, ſecus autem in teſte vacillante, quia liber homo, ſi adhibetur, vt teſtis in cauſa pecuniaria, & vacillat, poterit torqueri, ita dicit textus ibi Bart. & alij *in l. ex libero. ff. de quæſt.*

Dieſe Regel aber / daß inn Bürgerlichen oder Geld Sachen / kein freyer Menſche peinlich ſoll gefragt werden / iſt alſo zu verſtehen / wenn der freye Menſch ein principal iſt. Wenn er aber ein Zeuge iſt / vnd wancket in der Rede / wil nit herauß / ſo mag man jn wol anzepfen / wie der text ſagt.

Et

Et hoc non peruenit ex natura cauſæ, ſed propter accidens, ſcilicet illam vacillationem. *leg. liber homo. in princip. leg. vnius. §. teſtes. ff. eod. tit. vide Bartol. in d. leg. liber homo. leg. ex libero. leg. vnius. §. teſtes. & Hippolyt. de Marſil. ibi, vbi copioſe declarat hanc materiam, Bald. & Salycet. in d. leg. ſicut falſi. Cod. ad leg. Cornel. de falſ. Ioann. de Imol. Panormitan. & alij Canoniſt. in cap. grauis. de depoſ.* vbi in hac materia multa bona dixerunt, & Cyn. *in leg. fin. C. ad leg. Cornel. de falſ. & eſt gloß. notab. in can. presbyter. is. quæſt. 4.* Et in quantum diximus ſupra, quod quãdo cauſa pecuniaria habet annexum delictum, deueniri poterit ad torturam per text. *in d. c. 1. de depoſ.*

Da denn geſagt wird / daß man auch inn Geldt Sachen / wenn ſie ein peinliche Verwirckung an ſich haben / zur peinliche Frage kommen möge / wie Panormitanus **daſelbſt klar ſagt.**

Per quem textum dixit Domin. Par. de puteo *in tractat. ſyndicat. in cap. an in cauſa pecuniaria, in princip.* ſe dediſſe alias quæſtionem iſtam: quod iſti mercatores † falliti, ceſſantes & fugitiui poterunt torqueri, vt indicẽt pecunias ſibi datas in de- 4

poſitum,

positum, vel in societate ad mercandum, quas nunc denegant habere, & perdidisse dicunt, quem omnino vide. Quem etiam refert & sequitur Hipppl. de Marsil. in d.l. diuus. in 2. col. qui deinde opponit contra illud c. 1. extra de depos. dicens, quod nimis durum & iniquum esse videtur, quod in causa ciuili & pecuniaria deueniant ad torturam, licet simus in terminis d. cap. 1. quia ex hoc magis cruciatur & patitur reus siue debitor in inquirendo veritatem rei, quam ipsa re comperta in satisfaciendo, quia nihil aliud in condemnationem venit nisi pecunia, in cuius solutione debitor nullum patitur dolorem in corpore, & minus nocet solutio & sententia quã inquisitio: quia quilibet † corporis cruciatus siue corporalis pæna, etiam minima est maior quacunq; pęna pecuniaria, quãtumcunque sit magna. l. in seruorum. ff. de pænis.

So sagt Paris de Puteo, **daß er vermög dieses Texts/ decidirt vnd gesprochen habe/ daß man die Kauffleute/ so Banckerott gemacht/ vnnd auff flüchtigem Fuß stehen/ wol mit peinlicher Frage angreiffen möge/ wenn**

wenn sie nit anzeigen wöllen/worhin sie die Wahr gethan haben/ so sie den Leuten abgeborgt/vnd mit Lügen an sich bracht/vnd darnach sagen / sie wissen nit wo sie die hin gethan haben/wie dann auch solcher Meynung ist Hippol. de Marsil. in d.leg.diuus. Vnnd ob er wol darbey vermeldtet/ daß es fast schwer sey vnnd vnbillich/daß man inn Geldtsachen einen peinlich fragen soll/dieweil der debitor solche Marter mehr leydē muß/weil man sich erkundet/denn die sache werth ist/wenn man die erfahren/ denn inn dem daß er zahlen muß/kan es jhm am Leib nit so wehe thun / wie geschicht / wenn man jhn peinlich fraget / so ist auch diß wahr / dz die geringste peinliche straff am Leib grösser zu achten sey/ denn die grösseste Geltstraff.

Ad istud contrarium duæ solutiones per Dd. secundum ipsum: prima, est quod tortura non datur ad pænam, nec dicitur proprie pæna, sed est dolor corporis vel membri ad eruendam veritatem, &c. d. *l. iteni apud Labeonem. §. quæstionem. ff. de iniur.* & supra dictum est *in c. 1. quæst. 1. huius tract.* quia si tortura esset pæna, vel daretur ad pænā, profecto non essent duo tituli separati,

tit. *de quæst.* a tit. *de pæn.* sed quia sunt materiæ diuersæ & separatę, scilicet materia inquisitionis, & materia pœnæ: propterea editæ sunt sub diuersis titulis & nominib.

Hierauff gibt er doch diese Erklärung/ daß die Tortur an dem Ort/ vnnd in dem Fall kein Straff sey/ sondern ein Schmertz am Leibe/ oder an den Gliedern/ die Warheit zu erkunden/ derowegen so seynd auch zween vnterschiedliche Tittel im Rechten/ de quæstionibus **vnd** de pœnis, **wie der** auctor **alhie weitter außführet.**

Quidam verò dicunt, quod licet tortura non sit pœna iuris de facto, tamen est pœna non leuis, quia cruciatus ille affert pœnam & dolorem intolerabilem in corpore. Sed non † obstat, quia licet tortura
6 afferat dolorem & cruciatum in corpore, tamen non dicitur proprie pœna, quæ habeat effectum iuris, sed posset improprie dici pœna, hoc est, illa tolerantia doloris, & cruciatus, quam qui torquetur, sustinet in membris & corpore, nec datur ad effectum pœnæ a lege statutæ, & propterea ex diuersis non fit bona illatio. *l. naturaliter. l. nil commune. ff. de acquir. pos. et l. Papin. ff. de minoribus.*

Quidam

Quidam vero dant aliam ſolutionem, limitando videlicet *d.l.in ſeruorum ff. de pæn.* vt diſpoſitio illa non habeat locum in plebeijs,& vilibus perſonis, ſed in nobilibus, & magnę conditionis hominibus;qui nō debent torqueri, nec cruciari in corpore, pro re pecuniaria, cuiuſcunq; ſit valoris. Ego autem conſideraui, quod licet ſolutiones iſtæ ſint veræ in ſe, tamen ad ſolutionem iſtius oppoſ. non oportebat tamē laborare, quia ſolutio ipſius breuiſſima eſt. Nam eſt verum, quod in cauſis pecuniarijs regulariter non deuenitur ad torturam. *d. l. diuus.* niſi in caſibus & perſonis exceptis, vt ſupra diximus, *in princip. quæſt.* & ad hoc facit regula illa, de qua *in d. l. in ſeruorum. ff. de pæn.*

Etliche aber geben ein andere Vrſache/ nemlich dieſe Diſpoſition vnd Ordnung/ daß man in Geltſachen einen nicht peinlich anſprechen dörffe/ habe in ſchlechten geringen Leuten nit ſtatt/ſondern in anſehenlichē groſſen Leuten/ als vom Adel vnd dergleichen/welche in ſolchē fällen/ſo gelt belangē/ keines wegs mit der peinlichkeit ſollē gefraget werden/ſie ſeyn ſo mechtig als ſie wöllē/

vnnd damit man von diesem Handel kom-
men/vnd sich darauß richten möge / solstu
diese Regel mercken / daß man in bürgerli-
chen oder Geldsachen / zu peinlicher Frage
nicht schreitten soll/ es sey dann inn etlichen
Personen vnd Fällen/ so außgezogen wer-
den/wie auch droben gemeldt.

Sed in casu *d. c. 1. & l. sicut falsi.* C. *ad l. corn. de falsi.* ideo deuenitur ad torturam propter delictum furti vel falsitatis annexum, & isto respectu videtur potius deferri in causa criminali quam ciuili, quia tunc illa nō dicitur causa mere ciuilis, sed potius mixta cum criminali, vide Imol. & alios *in d. c. 1.*

Was aber das allegiert c. grauis. de depos. & leg. sicut falsi. C. ad leg. Cornel. de falsi. anlangt/ daß man darinn die peinliche Frage fürnemen mag/ist diß die Vrsache/ daß die Verbrechung deß Diebstals vnnd deß falschen dem selben mit anhengen/ vnd derowegen aller Ding für bürgerliche oder Geldsachen nicht angezogen/ vnnd also geheissen werden mögen / hat derowegen das Ansehen/ daß es mehr ein peinliche dañ eine Geldsache dißfals seyn müsse.

Ee

Et ratio illa, de qua *in d.leg.in ſeruorum.* non videtur multum vrgere in propoſito noſtro, quia † in materia torturæ non debemus attendere ad finem cauſæ, ex qua venit ſoluenda pecunia, quia alias ſequeretur, quod in multis cauſis criminalibus, in quibus de iure communi, aut ex forma ſtatutorum venit imponenda pæna pecuniaria, vel bonorum publicatio, vt l. ſi *quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pæn. & §. item lex Iulia. inſtitut. de public. iudic.* Si illa ratio procederet, ſequeretur quod illis caſibus non poſſet quis torbueri, quia eſſet maior pæna inquiſitionis, quam condemnationis, quod eſt falſum. † 7

Dicas igitur, quod in omnibus cauſis, in quibus infertur tortura, conſiderandū eſt principium cauſæ, & illius natura, an deſcendat ſiue oriatur ex contractu vel quaſi, an vero ex delicto vel quaſi delicto, vt *tit. inſtitut. quib. mod. re contrah. oblig. & tit. de verb. oblig. cum ſimil. & tit. de obligat. quæ ex delict. naſc. per tot.* vt primo caſu non ſit locus torturæ regulariter, etiam quod veritas aliter haberi non poſſit, quia in cauſis ciuilibus iura dederunt alia remedia.

Vnd soll der Richter in allweg mit fleiß bedencken/ wenn einer für jm beklagt wird/ was für Art vnd Natur die Klag sey/ ob sie die klag von eines contractus oder verwirckung willen herkom̃en / vnd wissen daß im ersten Fall/ als in den Contracten/ die peinlichen ernstfall hab/ sond allein im andern Fall/ da einer vmb Malefitz Sachen vnnd Verbrechung willen verklagt wird / vngeacht/ ob man gleich im ersten Fall / anderer Gestalt zur Warheit nicht kom̃en kan/ dieweil die Recht sonst andere Mittelweg verordnet haben/ der man sich in solchen Bürgerlichen vnd lautern Geldsachen / mög zu gebrauchen haben.

Aut actor plene probauit intentionem suam, & reus condemnatur. leg. si
8 *debitori. ff. de iudic.* Aut semiplene † probauit, & deferunt sibi iuramentum in supplementum probationis, dummodo actor sit honesta persona, & non agatur de maxima summa, vt notat. dicit Bartolus *in l. admonendi. & ibi per modern. latissime. ff. de iureiurand. & l. Bal. in l. in bonæ fidei. C eod. tit. Ioann. de Imol. Panormitan. & alij Canonist. in cap. final. eod. tit.*

Der

Der Gestalt / wenn der Beklagte vberwunden wird / vnnd Kläger jhn für voll vberwiesen / so wird der Beklagte verlüstig erkandt / vnnd wider jhn geurheilet. Hat der kläger aber allein ein halbe Beweisung / vnd probiert semiplene, wie dann offt geschicht / so wird jhm / zu Erfüllung solcher seiner halben Beweisung / das Juramente zugeleget vnnd gelassen / woferrne allein der Kläger eine ehrliche Person / vnnd die Schuldt nicht so gar vnnd vbermässig groß ist.

Aut actor non plene, neque semiplene probauit, sed minus quam semiplene vt quia habuit testes, qui non erant omni exceptione maiores, vel forte erant singulares: quo casu non deuenitur ad istud iuramentum, vt dicunt præfati doctores *in d. c. fin.* Sed isto casu defertur iuramentum reo, quod dicitur iuramentum purgationis, & obtinet absolutionem, vt not. *in d. c. fin.* Aut actor proposuit libellum, sed nihil penitus probauit, & isto casu reus absoluitur, etiam absque aliquo iuramento, vt *l. actor. C. de probat. & l. qui accusare. C. de edend.*

Hette aber der actor weder gantz noch halb in einer bürgerlichen Sache / sondern weniger den halben Theil bewiesen / also daß er vielleicht Zeugen gehabt/so nit vberein gestimmet / oder singulares, oder nicht dermassen geschaffen gewesen / dz man dieselben nit excipiren möge/vnd dergleichen/ in welchen fällen man zu solchem Juramẽt nicht kompt/noch gelassen wird/wie die gemelten Dd.in d.c.fin.sagen/ sondern in solchem Fall wird dem beklagten das iuramẽtum purgationis auffgelegt/vnd nach Leistung desselbigen / von der Klag absoluiert. Wenn aber der Kläger gar nichts bewiesen hette wider den beklagten / von denen Articuln/ so er dem Richter in seiner Klage fürgebracht/so wird der Beklagte ohn einiges Juramẽt absoluiert vnd ledig gesprochen vnd dargegen der Kläger in die Expens vñ Gerichtskosten verurtheilet. Hinc actore non probante, reus absoluitur.

Et per ista media deciduntur causæ ciuiles,non autem per torturam, intelligẽdo de causis mere ciuilibus. Illæ vero quæ habent annexum delictum,dici non possunt mere ciuiles,vt *d.c.1. & l.sicut falsi.* Ideo

non

non est mirandum, si in illis potest inferri tortura, quia datur propter delictum, nō propter ciuilē causam, nec ex natura causæ ciuilis, quia tortura fuit adinuenta pro causis criminalibus, contra culpabiles & dolosos, quoties deficiunt plenę probati- 2
ones in crimine, & dicitur remedium extraordinarium, vt not. Bald. *in leg. 2. C. quorum appell. non recip. & per Azon. in summa. tit. de quæst. & Panormitan. in c. cum in contemplatione, in princ. de reg. iur.*

Diß seyn die Mittel / dardurch die bürgerlichen Sachen müssen vnnd sollen entscheiden werden / vnd nicht durch peinliche Frag / doch daß sie gar bürgerlich seyn / vnd keinen peinlichen Anhang haben / denn dieselben können nicht gantz bürgerlich genennet werden / vnd derwegen nicht zu verwundern / ob gleich vnterweilen die Richter müssen die Peinlichkeit darinne / zu Erkundigung der Warheit / lassen mit vnterlauffen / vnd gebrauchen / nicht vmb der bürgerlichen sachen willen / sondern vmb deß peinlichen Anhangs willen / dieweil die Tortur vmb der peinlichen Sachen / da es nit vmb gelt zu thun ist / erdacht haben müssen wer-

den/ wenn ein peinliche Sach nicht gar hat mögen bewiesen werdē/ vnd wird solch mittel gebrauchet wider die listigen Schälcke vnd böſen muhtwilligen Buben.

9 Et licet tortura † etiam in causis criminalibus non soleat dari ad pœnam: tamen datur quandoque ad pœnam, quando ex crimine veniret imponenda pœna pecuniaria, & reus propter paupertatem illam soluere non posset, luit in corpus, quæ luitio fit interdū per torturam, maxime quando est vilis persona, vt *leg. 1. §. fin. ff. de pœn. l. quicunq;. §. quid si. C. de seru. fugit. l. si quis id quod. ff. de iurisdict. omn. iudic.* vide Par. de put. *in d. tractat. in c. tortura. el. 1.* vbi dicit, quod pro leuibus furtis fur quandoque torquetur ad pœnam, maxime quando est vilis persona & pauper:

Das ist/ wenn einer ein geringen Diebstal begangen hat/ daß er mit der Tortur darumb gestrafft vnd gefoltert wird/ insonderheit wenn es lose buben seyn/ so da nichts haben noch vermögen. Nou. 8. c. illud. 10. vers. ex diuerso. tit. 2. col. 2. auth. vt iudic, sine quoquo suffrag. &c.

Vnd

Vnd wiewol die peinliche Frag/auch in peinlichen Sachen nit ſoll ein Straff ſeyn/ ſo tregt ſichs doch wol vnterweilen zu/ daß man in den Sachen/da einer in einem peinlichen Fall gelt geben/vnd deſſelben nit hat/ vnd doch geſtrafft werden ſoll/ daß man einen mit der Tortur ſtrecken thut/ nach der gemeinen Regel: Wer mit Gelt nicht zubezahlen hat/der zahle mit der Haut/fürnemlich wenn der beklagte ein loſe nichtwirdige Perſon iſt.

Poſſet etiam hic inſeri quæſtio illa, de qua in l. repeti. ff. de quæſt. an & quando ſemel tort⁹ poſſit iterum repeti in tortura. & an & quando quis dicatur competẽter tortus: & quid ſi reus moritur in tortura: vel propter torturã mors fuerit ſubſecuta, an iudex tenetur, & ad quam pœnam: & quid ſi reus fuit poſitus ad torturam nullis indicijs præcedentibus, vel ſi aderant indicia, non tamen erant in actis deſcripta, & quid ſi reus petit copiam indiciorum, & fuit ſibi denegata, & non obſtante petitione prædicta fuit poſitus ad

tor-

torturam, & quid ſi reus in tortura fuerit confeſſus aliud crimẽ, quando nulla præcedebant indicia, vel ſi quę aderant, erant inualida, vel ſi legitima erant, non erant in actis ſcripta, vel quãdo † fuit ſibi denegata indiciorum copia, an cõfeſſio illa etiam ad banchum iuris ratificata noceat reo ad condemnationem, vel ad alium effectum, & quem, & quid ſi reus propter priuilegium, ætatem, mulierem prægnãtem, vel aliam ſimilem legitimã cauſam, torqueri non poterat, ſi fuerit tortus, & confeſſus, & ratificauerit confeſſionem ſuam, an poterit ex ea ſubſequi condemnatio.

Allhier möchte die Frag mit angehengt werden/ daruon in l. repeti. ff. de quæſtion Meldung gethan wirdt/ ob vnnd wenn einer/ ſo einmal peinlich gefragt wird/ weiters möge peinlich angegriffen werden/ vñ wenn einer rechtſchaffen vnd competenter gefraget ſey? Item ſo der gefangen an der Marter verſtorben were/ ob auch der Richter könte drumb geſtrafft werden/ vnd wz die Straffe ſeyn ſoll. Item/ ſo der beklagte mit peinlicher Frag were angegriffen/ vnd

der

der Richter keine indicia lassen vorher gehen/ oder daß solche indicia weren vorhanden gewesen/ so zu peinlicher frag nit gnugsam seyn/ oder bey die acta mit gezeichnet werden/ ferner weñ der gefangen abschrifft vnd Copey der gerichts acten begehret/ vnd jhme von dem Richter dieselben nicht mitgetheilt/ sondern versagt werdē/ aber gleichwol darüber mit der Peinlichkeit wider jhn verfahren/ vnd darnach in der Marter ein Vbelthat bekent hette/ darauff kein indicium vorhanden/ oder weren nicht gnugsam gewesen.

Item/ ob auch das Bekantnuß deß gefangen/ welches vor der richterlichen banck ratificieret worden/ demselben möge zu seiner Verurtheilung/ oder in andere Wege vnd auff welche/ Schaden bringen. Item/ wann sichs zutrüge/ daß eine Persone/ so sonst im Rechten priuilegiert were/ daß sie nit peinlich soll angesprochen werden/ als daß man Alters halben/ oder ein schwanger Weib/ oder dergleichen Person wer/ aber dieselbe gleichwol darüber were peinlich gemartert/ vnd der arme Mensch hette in solcher peinlichen Marter etliche Vbelthat

beken-

bekennnet / were auch für Gerichte / als er wider vom Richter drauff gefragt / beſtanden / vnd hette ſeine Außſage dardurch ratificieret / ob er auff ſolchen Fall möge verurtheilet werden.

Vellem omnia iſta ad longum deſcribere, potius ſuperfluum eſſet quam neceſſarium, quia omnes Doctores & antiqui & moderni in theorica, & in practica in ſuis commentis hæc plene deſcripſerunt, apud quos teipſum videre poteris, Bart. *in princ. & §. idem Cornelio. leg. final. ff. de quæſt. & in d. l. 1. & l. fin. & l. milites. §. oportet. Cod eod. tit. & in l. ea quidem. C. de accuſat. Bald. in leg. 2. Cod. quorum appellat. non recip. idem Bald. in leg. 1. Cod. de confeſſ. & in leg. 2. Cod. quod metus cauſa. Gandin. in tractat. maleficior. in tit. de quæſtion. & torment. Angel. Aret. in ſuo tractat. maleficior. in gl. fama publica. verſic. nunc videamus. vſque ad finem. Par. de put. in tractat. ſyndicat. in cap. tortura. el. 1. cum trib. ſeqq. & cap. viſo. de indicijs. Hippolit. Marſil. in leg. 1. in princip. & §. final. & §. ad quæſtionem ff. de quæſtion. Franciſc. Brun. in tract. de indicijs & tortur. in ſecunda parte. Canoniſt. in capit. qualiter & quando. & capit. inquiſitionis. de accuſation. & in cap. cum in contemplatione, & ibi Panormitan. de reg. iur. in antiq.*

Item/

Item/wenn einer dieſe Fragen alle nach der Länge wolte außführlich erkleren/ wie ſich das gebühret / vnnd die Nohtturfft erfordert / ſolches were mehr ein Vberfluß denn eine Nohtturfft / dieweil ſonſt alle Doctores / beyde alte vnnd newe daruon geſchrieben.

Nihilominus quo moderamine&qua leuitate, vel grauitate ſit danda tortura, & quæ indicia ad illam inferendam idonea ſint, & quando quis dicatur competenter tortus vel non, ſimilter quando quis dicatur purgaſſe indicia vel non, omnia iſta demum delinquuntur arbitrio & diſcretione honeſti iudicis, quoniam in his certa regula tradi non poteſt, ſed alterantur ex qualitate facti, perſonarum conditione, loci conſuetudine, & alijs circumſtantijs & qualitatibus, vt dicit Bald. *in d. l. 2. C. quorum appellat. non recip. & d. l. milites. §. oportet. Bart. in d. l. fin. ff. de quæſt. & l. 1. in princ. eod. tit. & eſt text. in l. 1. §. calumniatoribus. ff. ad Turpill. & l. teſtium. §. tu magis. ff. de teſtibus. Panormit. in d. c. cum in contemplatione. de reg. iur. & Azo. in ſumma. eod. tit.*

Aber

Aber vngeachtet deſſen/ mit was Maß/ Gelindigkeit oder Tapfferkeit/ wenn es die Noht erfordert/ die peinlichen Frage gegen den armen gefangen fürgenommen werde mögen/ vnd welche indicia zur Tortur genungſam ſeyn/ oder nicht/ vnd wenn einer rechtſchaffen peinlich examiniret iſt/ oder wenn einer ſeine indicia purgiert oder nit/ ſolches alles ſtellen die Rechte zur Beſcheidenheit eines ehrlichen frommen Richters/ dieweil darinne kein gewiſſe Maß oder Regel fürgeſchrieben werden kan/ vmb der enderung willen der Fälle/ da ſich jmmer einer anderſt/ vnnd mit andern Qualiteten/ Vmbſtänden zutregt/ denn der ander/ zu dem man ſich auch nach der Qualitet der That/ der Perſon/ der Lande Art/ vnd dem Gebrauch oder Gewonheit nach/ richten vnd halten muß/ auch nach andern Vmbſtänden vnd Qualiteten ſonſt mehr.

11 Quid autem ſi reus † ſemel aut pluries confeſſus fuerit in tormẽtis, deinde tempore ſuo adductus ad banchum iuris in loco ratificationis negauerit, & confeſſionem ipſam reuocauerit, quid tunc aget iudex? Dic, quod reponet illum iterum

ad

ad torturam, in qua tandiu morabitur ſuſpenſus, quantū iudici videbitur eſſe ſufficiens, & ſi reuocationem ipſam reuocauerit, reuertendo ad primam confeſſionē illi ſtandum erit, & iterum ratificanda, ſi vero paſſis tormentis ſemper in eadē reuocatione inſteterit, debebit abſolui, vide Bart. *in l. 1. §. ſi quis vltro. & in l. repeti. ff. de quæſt.*

Wie aber letztlich / wenn der gefangen einmal oder auch zu mehrmalen were peinlich gefragt / vnnd hett in ſolcher peinlichen Frag etliche Vbelthat bekennet / die er aber hernach / als er für der Gerichtsbanck beſtetigen vnnd wider bekennen ſolien / wider geleugnet vnnd widerruffen / daß er die That nicht gethan / ſondern die auß Marter bekent / was ſoll der Richter in dem Fall thun vnnd fürnemen gegen einen ſolchen gefangen? Darauff ſag / daß jhn der Richter ſoll nemen / vnd wider mit peinlicher Frag auff ziehen / auch ſo lang an der Marter hengen laſſen / als er ſich bedüncken läſt / daß es genung ſey in ſolchem Fall / vnd ſo er von ſolchem Widerruffen abtritt / vnnd bekennet wider wie er am erſten gethan / ſo ſoll der Richter darauff hafften / vnd den gefangen

solch sein bekantnuß wider vor der gerichts banck ratificieren vnnd bekrefftigen lassen/ wolt er aber/wie man jhr wol sind/ darauff nicht verharren/vnd alzeit widerruffen/ so soll jhn der Richter loß lassen.

Et Dom.Hippol.de Marsil.dicit, quod dum ipse erat officialis illustriss.ducis Mediolani, habuit præ manibus quendam insignem Ribaldum, qui similes actus sępius fecit, & repetitis vicibus in tortura fatebatur,deinde ad banchum iuris adductus semper negauit, & reuocauit præcedentem confessionem,adeo quod fuit sibi necesse, vt dicit, illum absoluere,& abolere processum cum inquisitione.Interrogatus postea, quare sic fecerat, respondit, quod magis sibi expediebat torqueri pluries in brachijs cum chorda, quam semel in gula,quoniam multi inueniuntur medici, qui sciunt resarcire ossa brachiorum,etiamsi essent fracta,sed nemo reperitur,qui sciat resarcire gulam laqueo obclusam.

Vnnd der fürtreffliche Rechtsgelerte Hippol.de Marsil.sagt/daß jhm ein solcher Fall begegnet/als er zu Meyland ein Official

cial gewesen / also daß jhm ein abgeführter Schalck fürkommen / der sich offt peinlich martern lassen / auch allweg in der Marter bekent / aber wenn er für die Gerichtsbanck kommen ist / allzeit widerruffen / vnd solchs so lang getrieben / daß jhn der Richter hat müssen ledig geben / vnd den Proceß cassieren vnd auffheben. Als er aber nach der erledigung gefraget worden / warumb er also bekennet / vnnd allzeit wider geleugnet / hat er darauff geantwortet / es were sein höchste Nohtturfft gewesen / daß er auß zweyen bösen das beste hette bedencken müssen / hete derowegen gedacht / es were besser / daß er sich an den Armen martern ließ etlich mal mit der Chorden / denn daß er jhme einmal solt die Gurgel verknüpffen lassen / dieweil man viel Ertzte findet / welche einem an den Armen helffen können / wenn sie gleich entzwey gebrochen seyn / daß sie wider gerade werden / aber keiner wird befunden / der eine helffen köndt / wenn jhm die Gurgel nur ein kleine weile am Galgen verknüpffet were worden.

SOLI DEO GLORIA.

FINIS.

INDEX

Rerum & verborum, quæ hiſce duobus tractatibus continentur, copioſus.

A.

Accuſati à torto, an ob huiuſmodi præſumtionem tortura applicari poſſint. fo. 66

Accuſatus de furto, ſi tortus confiteatur, an torqueri poſſit pro alijs furtis, de quibus contra eum indicia non habentur. fol. 70.

Auctoritas iuris non eſt in poteſtate iudicantium, ſed facti quæſtio, fol. 142

Adminiculi diuiſio quæ 191. adminiculũ vehemes quod nam eſt. 191 adminiculũ non vehemẽs ſeu leue quod dicatur. 192

Aduocati nec de iure, nec de conſuetudine torqueri poſſunt. f. 167. aduocati cuiuscunq; ciuitatis decuriones ſunt. fol. 168. Aduocatus in examinatione præſens eſſe non debet, ſed bene in iuramenti delatione poteſt. fol. 114. & ſeq.

Ætas decrepita quæ dicatur. fol. 14

Argumentum quid eſt. 191

C.

Cauſſa criminalis argumẽtis & præſumtionibus cognoſci & terminari poteſt. fol. 156. quamuis de liquido delicto probari non poſſit. ib.

Cauſa ſuſpicionis & culpæ ceſſante, merito quoque ceſſat tortura. 260

Celari nulla tergiuerſatiõe poteſt, quod in euidenti eſt. 195

Clerici & presbyteri an & quãdo torqueantur. 17. & ſeq.

Complexionum diuerſitas in ſuſtinentes tormentis multa & quanam. 223 & ſeq.

Confeſſio, ad verba iudicis facta, reo dicentis, aut confitere, aut ad tormenta duceris, quãdo locum habeat. f. 108. Confeſſio apud tormenta facta, in tormentis facta dicitur. 103. Confeſſio etiam in tortura, iuncta cum fama publica, vel cum alio iudicio facit indicium ad torturam. 46. Confeſſio in ciuilibus, in quibus differens ſit à confeſſione in criminalib. facta. 49. Confeſſio in leuib. tormentis facta, ratificatione indiget, ſicut in confeſſione in plenis tormentis facta. 213. Confeſſio in tormentis, & ſtatim reuocata, an quid operari poſſit

possit in præiudicium confitentis. 96. Confessio metu tormentorum facta, absq; perseuerationę, nullatenus præiudicat. 97. Confessio in tortura facta sine indicijs verisimilibus nulla censetur, etiamsi extra tormenta ratificetur. 29. & seq. Confessioni in tormentis vel eorum formidine facta, non creditur. 50. Secus si postea in ea perseuerauerit. 51. Cõfessio in tormẽtis facta quanam dicatur. 101. Confessio iudicialis vel etiam extra iudicialis indicium facit ad torturam, 46. Confessio rei facta in præparatorijs tormentorum dicitur metu facta, egetq; ratificatione. 203. Confessio rei de crimine, an ratificari vel reiterari debeat, antequam condemnatio sequi possit. 51. Confessio rei statim in causa criminali ei nõ præiudicat, nec plenam probationem facit. 48. Confessio socij in crimine indicium ad torturam facit. 46. Confessio spontanea, nullis quoque indicijs præcedentibus, valet, quam condẽnatio sequi potest. 100. Confessio torti, nullis legitimis indicijs præcedentibus, non valet. 98. secus si præcedant, cum à tormentis non sit incipiendum. 99. Confessio torti an sibi noceat, si copia indiciorum denegata fuerit remissiue. 284. & seq. Confessioni vltro vel sponte facta fides adhiberi non debet. 54. Confessio sponte facta, statim ratificari vel reuocari potest, sed ea quæ in tormentis fit, non statim ratificari debet, sed postea ex interuallo. 54.

Confessus formidine tormentorum auditur appellans: secus si est error iuris. 94.

Cõiectura definitio quæ. 192

Coniectura ex qualitate facti accipitur. 150. Coniecturæ varię colliguntur secundum locorum varietatem. fol .35

Consiliarij ciuitatum de iuris solennitate torqueri non debent, cum sint decuriones. 168. secus de generali consuetudine. ibid. Iudex consiliarios seu decuriones torquens, capite plectitur. 169. secus in crimine læsæ maiestatis, & prædationis populi. ib. Consiliarij depositio officio se absentans, pro confesso habetur, quod male fecerit. 139

Consuetudo, quod milites aut decuriones torqueri possint, non valet. 249. & seq. idem de doctore loquitur Romanus in singularib. 251
Contrarium dicenti onus probandi incumbit. 128
Conuersatio mala est malæ operationis indicium. 34
Conuersatio mala est conscientiæ depravatæ indicium. 34. Et ex mala conuersatione quis etiam bonus efficitur vitiosus. 35
Conuictus de crimine appellare nequit, potest tamen confessionem ratificare aut reuocare. 53.
Copia indiciorum reo ad se defendendum concedi debet, & quando. 89. & seq.
Cruciatus corporis quilibet, etiam minimus, maior est qua cunq; re pecuniaria quantũcunq; sit magna. 272
Cui licet quod plus est, vtiq; licet quod est minus. 88
Cui quod plus est conceditur, non debet denegari quod est minus. 88
Culpa lata in delictis, dolo non æquiparatur. 123
Cum puella iuuenis repertus, vel de eius domo exiens, supposuisse præsumitur. 40. Iuuenis prius torqueri debet quã senex, tanquam minus stabilis. 24

D.

Damnatus ad bestias seu mortem, si reipubl. sit vtilis, an ad preces populi liberari debeat, & torqueri possit. 263. & seq. Hæc tamen limitantur in sequentibus. 265
De arma portantibus lex male præsumit. 149. Lex de inimico omne malum præsumit. 137. Lex æquiparat confessionem factam in ipsis tormẽtis, & ex tortura, & formidine tormentorum. 101. Lex vbi non distinguit, nec nos quoq; distinguere debemus. 72. & 239.
Decrepitus in crimine læsæ maiestatis & hæreseos torqueri potest, item Doctor & miles 15. Decrepitus torqueri non debet. 14
Decuriones eorumq; filij & nepotes, durante decurionatus officio propter dignitatẽ muneris torqueri nequeũt 248. Decuriones torquentur, cũ tempore decurionatus defide instrumenti, quod ante decurionatum confecerant, quæritur. 16. Decuriones siue Senatus sunt pars corporis imperatorij. 248

Defensio datur reo ante torturam, aduersus indicia contra eum recepta. 86. Defensio nullo modo reo denegari debet, etiam sponte vel coacte cõfesso. 89. Defensio etiã sponte confesso denegari non debet. 55. Defensionis facultas ante pœnæ impositionem nemini, etiam sponte confesso denegari debet. 95. Defensio & probatio eius vsq; ad sententiam fieri possunt. 99.

Definitio famæ quæ est. 135

Definitio infamiæ quæ. 186

De inimico inimicus malefacere & mala cogitare a iure præsumitur. 36. & de quo dicatur. 43

Denegatio victus est tortura species. 8

Detentus in carcere vt siti moriatur, torqueri debet, & si confiteatur, confessio eius nõ valet. 106

Distinguere iudex non debet, vbi lex non distinguit. 239

Iudex ex indicijs dubitatis ad torturam procedere non debet. 197. Iudex haud facile ad tormenta procedere debet, si veritas leuiori quadã via obiecti criminis prius reperiri potest. 3. Iudex in dubio modum torturæ excessisse non præsumitur. 21.

Iudex in quæstione repetenda tortum, quo ad animi & corporis fortitudinem inspicere debet, num sustinere possit. 73. Iudex dolo malo & sine causa, torturæ aliquem applicans, capite plectitur. 73.

Dubitatum indicium siue semiplenum quodnã est. 184. Indubitatum seuplenum indicium quodnã dicitur. 185. Indicium duplex est, dubitatum & indubitatum 183. Indicium non inducitur contra fugientem propter terrorem familiæ, et postea citatum comparentem. 45. Indiciũ consurgit, si postquam dominus in aure famuli locutus est, ipse famulus aliquod crimen commiserit. 45. Indicia sunt pars probationis clarã. 34. Indicium dicitur ab indicando. ib. Indicia sufficientia & verisimilia quæstionem præcedere debent, neque in omni causa, aut qualibet persona est proponenda. 28. Indicia qualia ad torturam requirantur, arbitrio iudicis cõmittitur. 32. & 40. Indicia noua dicũtur, quæ a primis differunt specie vel substantia. 81

Dictum vnius testis ad quæstionem habendam sufficit, & quando, 135. Dictum vnius testis cum fama indicium sufficiens ad torturam facit, & quando. 137. & 141

Doctores & Aduocati torqueri nequeunt propter dignitatem, & nõ tantum durãte aduocationis officio, sed etiam eo depositio. 252

Duo vel plura imperfecta vnũ imperfectũ constituunt. 156

E.

EFFectus cessat caussa quoq; cessante. 260

Error quid est. 192

Euidens & manifestum inter se differunt, & differunt quoq; à notorio, 193. et seqq. & 196. Euides quid est. 194

Exdiuersis illatio non est bona. 274

F.

FActa hominum ex dictis pensantur. 38

Fœmina prius quam masculus torqueri debet, & curnam. 23. & seq. Fœmina prægnantes torqueri non debent, nisi post partum. 11. Fama & opinio alicuius qualis in ciuitate sit, talem eum esse præsumimus. 36. Fama diuisio quæ. 185. & seq. fama homini inhærens quæ est. 186. famæ contrariũ est infamia. ibid. Fama inter homines quænam est. 187. & seq. Fama mala alicuius de præterito, facit eum malum præsumi in eodem genere mali. 42. Fama probatio probationi vnius testis æquiparatur. 134. definitio famæ quæ. 135. fama per se nõ probat sed inducit aliquod indicium ad confirmandas alias probationes. 135. Secus si oriatur à fide dignis & cum fuga iuncta sit. 137. Fama probata simul cum aliquo indicio legitimum indicium facit ad torturã, cum alias per se nõ sufficiat famæ. 140. Fama publica à fide dignis personis orta, ad torturã indicium facit. 46

Febricula leui laborans non excusatur, quo minus teneatur citatus comparere. 211

Ferula est quædam species torturæ in pueris. 9. Ferula minoribus datur, vt veritas sciatur, sed non vt condemnetur. 14. & in quibus hoc valet, vel non, ibidem.

Fictio quæ est. 190. & seq.

Filius si torquetur, prout torqueri debet, ante patrem, eorum